ŒUVRES COMPLÈTES

DE

SAINT JÉROME

PRÊTRE ET DOCTEUR DE L'ÉGLISE

TRADUITES EN FRANÇAIS ET ANNOTÉES

PAR L'ABBÉ BAREILLE

AUTEUR DE LA TRADUCTION DES ŒUVRES DE S. JEAN CHRYSOSTOME COURONNÉE PAR L'ACADÉMIE FRANÇAISE


RENFERMANT

le texte latin soigneusement revu et les meilleures notes des diverses éditions

---

TOME QUATRIÈME

COMMENTAIRE SUR L'ECCLÉSIASTE. — DEUX HOMÉLIES D'ORIGÈNE.
LEXIQUE DES NOMS HÉBREUX. — DES DIX NOMS DE DIEU. — DES BÉNÉDICTIONS DE JACOB.
COMMENTAIRE SUR LE CANTIQUE DE DÉBORA. — QUESTIONS HÉBRAÏQUES
SUR LES LIVRES DES ROIS ET DES PARALIPOMÈNES. — EXPLICATION INTERLINÉAIRE DE JOB.
NOTES DE MARTIANAY



PARIS

LOUIS VIVÈS, LIBRAIRE-ÉDITEUR

13, RUE DELAMBRE, 13

1878

COMMENTAIRE DE L'ECCLÉSIASTE, A PAULA ET EUSTOCHIUM.

PRÉFACE.

Je me souviens qu'il y a près de cinq ans, lorsque j'étais encore à Rome, sainte Blésille, à qui je lisais l'Ecclésiaste, pour la provoquer au mépris du siècle, afin qu'elle comptât pour rien tout ce qu'elle voyait dans le monde, me demanda de traiter en forme de commentaire succinct tous les points obscurs, ce qui lui permettrait de les lire et de les comprendre en mon absence. Pendant que je préparais cette œuvre, une mort soudaine me ravit Blésille ; nous n'étions pas dignes, chères Paula et Eustochium, d'avoir une telle compagne en cette vie. La blessure qui me frappait me rendit muet de douleur. Maintenant, établi à Bethléem, la plus auguste des cités, je rends à sa mémoire et à vous cette œuvre que je dois. Je vous préviens en deux mots que je n'ai suivi le sentiment d'aucun autre ; j'ai directement traduit l'hébreu, je me suis conformé surtout à la manière des Septante, au moins pour les passages qui ne sont pas trop en désaccord avec les textes hébreux. Je me suis aussi souvenu parfois d'Aquila, de Symmaque et de Théodotion, afin de ne pas effrayer, d'une part, le lecteur plein de zèle par trop de nouveauté, et de ne pas négliger, de l'autre, contre ma conscience, la source de la vérité, pour suivre servilement les petits courants des opinions.

(a) COMMENTARIUS IN ECCLESIASTEN, AD PAULAM ET EUSTOCHIUM.

PRÆFATIO.

Memini me ante hoc ferme quinquennium, cum adhuc Romæ essem, et Ecclesiasten sanctæ Blesillæ legerem, ut eam ad contemptum istius sæculi provocarem, et omne quod in mundo cerneret, putaret esse pro nihilo ; rogatum ab ea ut in morem Commentarioli obscura quæque dissererem, ut absque me posset intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est, et non meruimus, o Paula et Eustochium, talem vitæ nostræ habere consortem, tantoque vulnere tunc perculsus obmutui ; nunc in Bethleem positus, (b) augustiori videlicet civitate, et illius memoriæ, et vobis reddo quod debeo. Hoc breviter admonens, quod nullius auctoritatem secutus sum ; sed de Hebræo transferens magis me Septuaginta Interpretum consuetudini coaptavi, in his dumtaxat quæ non multum ab Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ quoque (c) et Symmachi, et Theodotionis recordatus sum, ut nec novitate nimia lectoris studium deterrerem, nec rursum contra conscientiam meam, fonte veritatis omisso, opinionum rivulos consectarer.

(a) In editione Martian. inscribitur : « Incipit Præfatio S. Hieronymi in Ecclesiasten ; » talique titulo appendit hanc notam : « Codex Ms. 4436 Bibliothecæ Colbertinæ hanc habet inscriptionem litteris miniatis : « Incipit Prologus S. Hieronymi presbyteri super Ecclesiasten, ad Paulam et Eustochium, feliciter quem primum Romæ incepit, tum Bethleem postea complevit. » EDIT. MIGN.

(b) « Nunc in Bethleem positus, augustiori, » etc. Quamplures mss. et omnes editi libri sic legunt : « Nunc in Bethleem positus, angustiori videlicet civitate. » Sed *angustiori* positum est imperitia veterum et recentiorum scriptorum, qui locutionum Hieronymianarum inconsulti aut immemores, nescierunt Bethleem a sancto doctore vocitatam fuisse augustiorem Roma civitatem. Igitur, ut de restituta a nobis lectione ad fidem exemplariorum vetustissimorum nullum superesse dubium possit, meminerint studiosi Lectores ita scriptum legi Præfatione in librum Didymi de Spiritu sancto, quem Hieronymus Latine reddidit : « Canticum, » inquit, « quod cantare non potui in terra aliena, hic a vobis in Judæa provocatus immurmuro, augustiorem multo locum æstimans, qui Salvatorem mundi, quam qui fratris genuit parricidam. MARTIAN.

(c) « Interdum Aquilæ quoque, » etc. Ex hoc loco nuperus scriptor imperite nimis urget futilia sua argumenta, quibus probare contendit Hieronymum in sua ex Hebræis fontibus translatione Latina sacrorum Bibliorum, secutum fuisse sæpius Aquilam, Symmachum et Theodotionem. Quod enim de Commentario in Ecclesiasten præmonuit lectorem Hieronymus, id ad omnium librorum Scripturæ versionem Latinam trahere nititur imperitus ille chronologus, qui cum rerum omnium notitiam habere se præsumat, necdum tamen didicit quod scitum est apud omnes eruditos, Hieronymum videlicet multo tempore post editum Commentarum in Ecclesiasten, novam Ecclesiæ Christi translationem Bibliorum Hebræo fonte procurasse. MARTIAN.

COMMENTAIRE.

« Paroles de l'Ecclésiaste, fils de David, roi de Jérusalem. » *Eccl.* I, 1. Salomon eut trois noms, les Ecritures nous l'enseignent expressément : *pacifique*, c'est-à-dire, SALOMON, שלמה ; IDIDIA ידידיה c'est-à-dire, *chéri du Seigneur* ; et celui du texte actuel, COÉLETH קהלת, c'est-à-dire, *Ecclésiaste*. Le mot grec Ecclésiaste signifie qui réunit l'assemblée, l'Eglise ; nous pouvons donc l'appeler *Prédicateur*, en ce sens qu'il parle au peuple, et que son discours, au lieu de s'adresser à un auditeur déterminé, s'adresse à tous les hommes en général. Quant à *pacifique* et *chéri du Seigneur*, ces noms viennent de ce que son régne fut paisible, et de ce qu'il fut en effet aimé du Seigneur. Les psaumes quarante-quatre et soixante-onze portent le titre de *chéri* et de *pacifique*. Il est vrai, en tant que prophéties de Jésus-Christ et de l'Eglise, ils excèdent la mesure de Salomon ; toutefois, au seul point de vue de l'histoire, ils n'en sont pas moins écrits sur Salomon.

Ce roi, conformément au nombre de noms qu'il portait, composa trois livres : les Proverbes, l'Ecclésiaste et le Cantique des Cantiques. Dans les Proverbes, il instruit l'enfance, il la forme, pour ainsi dire, à ses devoirs au moyen de maximes ; aussi le discours devient-il souvent une allocution directe à son fils. Dans l'Ecclésiaste, c'est l'âge mûr qu'il endoctrine, combattant la croyance à l'éternité des choses du monde, où tout ce que noue voyons est éphémère et périssable. Enfin l'âme accomplie, qui a foulé aux pieds le siècle, qui est prête pour le bonheur, il la livre, dans le Cantique des Cantiques, aux vives étreintes de l'époux. Ce n'est qu'après nous être séparés des vices, après avoir renoncé aux pompes du siècle, que nous sommes prêts pour la venue de Jésus-Christ, et que nous pouvons dire : « Il me baisera du baiser de sa bouche. » *Cant.* I, 1. C'est presque d'après ce plan d'enseignement que les philosophes eux-mêmes instruisent leurs sectateurs : ils commencent par la morale, leur exliquent ensuite la physique, et conduisent jusqu'à la logique quiconque leur paraît avoir réusi dans les deux premières sciences.

Remarquons encore avec soin que chaque

COMMENTARIUS.

«Verba Ecclesiastæ filii David Regis Jerusalem. » *Eccl.* I, 1. Tribus nominibus vocatum fuisse Salomonem, Scripturæ manifestissime docent : «pacificum,» id est SALOMONEM שלמה et IDIDIA ידידיה, hoc est, « dilectum Domini ; » et dicitur COELETH קהלת, id est, « Ecclesiasten. » Ecclesiastes autem Græco sermone appellatur qui (al. *quod*) cœtum, id est, Ecclesiam congregat, quem nos nuncupare possumus « concionatorem, » eo quod loquatur ad populum, et sermo ejus non specialiter ad unum, sed ad universos generaliter dirigatur. Porro «pacificus, » et « dilectus Domini, » ab eo quod in regno ejus pax fuerit, et eum Dominus dilexerit, appellatus est. Nam et psalmi quadragesimus quartus et septuagesimus primus, « dilecti et pacifici » titulo prænotantur. Qui, tametsi ad prophetiam Christi et Ecclesiæ pertinentes, felicitatem et vires Salomonis excedunt ; tamen secundum historiam super Salomone conscripti sunt.

Is itaque juxta numerum vocabulorum tria volumina edidit, Proverbia, Ecclesiasten, et Cantica Canticorum. In Proverbiis parvulum docens, et quasi de officiis per sententias erudiens ; unde, et ad filium ei sermo crebro repetitur. In Ecclesiaste vero maturæ virum ætatis instituens, ne quidquam in mundi rebus putet esse perpetuum, sed caduca et brevia universa quæ cernimus. Ad extremum jam consummatum virum, et calcato sæculo, præparatum, in Cantico Canticorum sponsi jungit amplexibus. Nisi enim prius reliquerimus vitia, et pompis sæculi renuntiantes, expeditos nos ad adventum Christi paraverimus, non possumus dicere : « Osculetur me ab osculo (al. *ab osculis*) oris sui. » *Cant.* I, 1. Haud procul ab hoc ordine doctrinarum et philosophi sectatores suos erudiunt : ut primum ethicam doceant, deinde physicam interpretantur ; et quem in his profecisse perspexerint, ad logicam usque perducant (*a*).

Necnon, et hoc diligentius attendendum, quod per tres libros auctoris, diversus est titulus. In Proverbiis

(*a*) « Ad logicam usque perducant. » Falso antea in editis libris ac in pluribus manuscriptis legebatur, « ad Theologiam usque perducant ; » nam ex Epistola ad Paulam, de alphabeto Hebraico, exploratum habemus legendum hoc loco quod nos restituimus, *Logicam* nempe, non *Theologiam*, quam non docuerunt philosophi Gentilium. MARTIAN.

— Mss. plerique omnes, tum nobis, cum Martianæo inspecti *Theoloicam*, vel *Theologicam* legunt. Diximus vero in epist. 30 ad Paulam, rescribendum *Theoricen* ex Origenis testimonio in Homil. in Cant. Canticor. quod hic, atque alibi Hieronymus describit : « Generales disciplinæ, quibus ad rerum scientiam pervenitur, tres sunt, quas Ethicam, Physicam, et Theoricen appellaverunt ; nos has dicere possumus, Moralem, Naturalem, et Inspectivam ; » hancque paulo post facultatem esse dicit, « qua supergressi visibilia, de divinis aliquid et cœlestibus contemplamur, eaque sola mente intuemur. » Cassianus quoque, Collat. XIV, cap. 9 : « Omni studio, » inquit, » festinate Actualem, id est Ethicam quamprimum ad

livre de l'auteur porte un titre différent. En tête des Proverbes est écrit : « Proverbes de Salomon, fils de David, roi d'Israël. » L'Ecclésiaste a pour titre : « Paroles de l'Ecclésiaste, fils de David, roi de Jérusalem ; » ici serait superflu le mot *Israël*, que l'on a mis à tort dans les recueils grecs et latins. Quant au Cantique des Cantiques, on ne trouve en tête ni fils de David, ni roi d'Israël ou de Jérusalem ; on lit simplement : « Cantique des Cantiques de Salomon. » Les Proverbes, enseignement à la portée des esprits incultes des douze tribus, concernent Israël tout entier ; le mépris du monde doit être prêché aux citadins, représentés par les habitants de Jérusalem ; et le Cantique des Cantiques n'est réellement nécessaire qu'à ceux qui soupirent après les biens du ciel. Pour les commençants, et pour ceux qui progressent, il s'arme avec raison de la dignité de père et de l'autorité royale qui lui appartient. Auprès des âmes parfaites, quand ce n'est plus la crainte qui pousse le disciple, mais l'amour qui l'attire, son seul nom suffit ; ce n'est plus un maître, c'est un égal, et il oublie qu'il est roi. Ces explications naissent du sens littéral lui-même.

L'esprit du texte ouvre un autre horizon. Le pacifique, le bien-aimé de Dieu le Père, notre Ecclésiaste, c'est Jésus-Christ, qui a renversé le mur de séparation, anéanti les inimitiés dans la chair, uni l'homme à Dieu, en disant : « Je vous donne ma paix, je vous laisse ma paix. » *Joan.* XIV, 27. De lui, le Père dit aux disciples : « Celui-ci est mon fils bien-aimé, en qui j'ai mis toutes mes complaisances ; » *Matth.* III, 17 ; écoutez-le, il est la tête de toute l'Eglise. Il ne parle point à la synagogue des Juifs, il parle à l'assemblée de toutes les nations, ce roi de la Jérusalem bâtie avec des pierres vivantes ; non de celle dont il dit lui-même : « Jérusalem, Jérusalem, qui tues les Prophètes, » *Matth.* XXIII, 37 ; et encore : « Voilà que votre maison sera abandonnée, » *Ibid.* 38 ; mais de celle par laquelle il défend de jurer, parce qu'elle est la cité du Roi des rois. Celui-ci est le fils de David, à qui les aveugles de l'Evangile criaient : « Ayez pitié de nous, fils de David, » *Matth.* IX, 27 ; et que la foule acclamait d'une seule voix : « Hosannah au fils de David. » *Matth.* XXI, 9. Enfin la parole de Dieu n'arrive pas à lui comme à Jérémie et aux autres prophètes ; il est riche, il est roi, il est tout-puissant, il est le Verbe, la sagesse et toutes les vertus ensemble, et il parle à toute l'Eglise ; il insinue leurs paroles aux apôtres, dont il est écrit dans le Psaume : « Leurs discours sont répandus par toute la terre, et leurs paroles par tout l'univers. » *Psalm.* XVIII, 5. Elle est donc fausse l'opinion de

enim notatur : « Proverbia Salomonis filii David, regis Israel. » In Ecclesiaste vero : « Verba Ecclesiastæ filii David, regis Jerusalem ; » superfluum quippe est hic « Israel », quod male in Græcis et Latinis codicibus invenitur. In Cantico autem Canticorum nec filius David, nec rex Israel sive Jerusalem præscribitur ; sed tantum, « Canticum Canticorum Salomonis. » Sicut enim Proverbia, et rudis institutio ad duodecim tribus, et ad totum pertinent Israel ; et quomodo contemptus mundi non nisi metropolitis convenit, hoc est, habitatoribus Jerusalem, ita Canticum Canticorum ad eos proprie facit qui tantum superna desiderant. Ad incipientes, et proficientes, et paterna dignitas, et regni proprii merito vindicatur auctoritas. Ad perfectos vero, ubi non timore eruditur discipulus, sed amore, proprium nomen sufficit, et æqualis magister est, et nescit esse se regem. Hæc interim juxta litteram.

Cæterum secundum intelligentiam spiritualem, pacificus et dilectus Dei Patris et Ecclesiastes noster est Christus ; qui medio pariete destructo, et inimicitias in carne evacuans, fecit utrumque unum, dicens : « Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. » *Joan.* XIV, 27. De quo Pater ad discipulos ; « Hic est, inquit, *Matth.* III, 17, «filius meus dilectus, in quo mihi complacui ; hunc audite, » qui est caput omnis Ecclesiæ. Nequaquam ad synagogam Judæorum, sed ad gentium multitudinem loquens rex Jerusalem vivis lapidibus exstructæ ; non illius, de qua ipse ait : « Jerusalem, Jerusalem quæ occidis Prophetas ; » *Matth.* XXIII, 37 ; et : « Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. » *Ibid.* 38, sed illius, per quam jurare vetat, quia sit civitas magni regis. Hic est filius David, ad quem cæci in Evangelio clamabant : « Miserere nostri, fili David ; » *Matth.* IX, 9. Denique non ad eum fit verbum Dei, sicut et ad Jeremiam, et ad cæteros Prophetas ; sed quia dives est, et rex, et potens (ipse est siquidem Verbum et sapientia, cæteræque virtutes), verba loquitur ad Ecclesiæ viros ; verba insinuat Apostolis, de quibus cantatur in Psalmo : « In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ eorum. » *Psal.* XVIII, 5. Male igitur quidam opinantur, nos ex hoc libro ad

integrum comprehendere disciplinam ; absque hac namque illa quam diximus, Thæoricia puritas non poterit apprehendi, » etc. Sit igitur restituendum hic quoque apud Hieronymum *Theoricen* seu *Theoricam*, pro *Theoloicam*, quod mss., vel *Theologiam*, quod veteres vulgati præferebant. Puto tamen quod et *Logicam* retineri non incongrue possit, siquidem addit Origenes modo laudatus : « Nonnulli sane apud Græcos etiam Logicen, quam nos Rationalem possumus dicere, quarto in numero posuerunt. » (*Edit. Mign.*)

ceux prétendent que ce livre nous provoque à la volupté, à la luxure; il nous enseigne au contraire la vanité de tout ce qui frappe nos sens en ce monde, il nous fait un devoir de ne pas convoiter des chimères qui s'évanouissent dès qu'on croit les tenir.

« Vanité des vanités, » a dit l'Ecclésiaste, « vanité des vanités, et tout n'est que vanité. » *Eccl.* I, 2. Si toutes les choses faites par Dieu sont fort bonnes, comment tout peut-il être vanité, et non seulement vanité, mais encore vanité des vanités ? Comme le titre de Cantique des Cantiques montre, entre tous les poëmes, le poëme par excellence; ainsi l'expression vanité des vanités proclame le dernier degré de la vanité. Quelque chose d'analogue est écrit dans les Psaumes : « Tout homme vivant est vanité entière. » *Psalm.* XXXVIII, 6. Si l'homme vivant n'est que vanité, le mort est donc vanité des vanités. Nous lisons dans l'Exode que le visage de Moïse fut tellement transfiguré que les fils d'Israël ne pouvaient en soutenir la vue. L'apôtre S. Paul comparant cette gloire à la glore évangélique, dit qu'elle n'est pas de la gloire : « Et même ce qu'il y a eu d'éclatant de ce côté-là n'a pas été une véritable gloire, si on le compare à la véritable gloire de l'Evangile. » II *Corinth.* III, 10. A notre tour et de la même manière, nous pouvons dire que le ciel, la terre, les mers, et tout ce que contient le cercle de la création, sont bons en eux-mêmes, sont moins que rien si on les compare à Dieu. La pâle lueur d'une lampe me contente tant que je ne vois qu'elle, et, dès que le soleil parait, je ne vois plus cette faible clarté, non plus que celle plus grande des étoiles noyée dans la splendeur de l'astre-roi; ainsi, quand je considère les éléments et l'infinie variété des choses, j'admire la grandeur des œuvres créées, et lorsque je songe que tout passe, que le monde vieillit entraîné vers sa fin, et que Dieu seul est et sera toujours ce qu'il fut, je suis contraint de m'écrier, non pas une, mais deux fois : « Vanité des vanités, et tout n'est que vanité. » Pour *vanité des vanités*, l'hébreu dit ABAL ABALIM הבל חבלים, que tous les interprètes, les Septante exceptés, ont traduit pareillement par ἀτμός ἀτμίδων ou ἀτμῶν idée qui répond à *fumée*, *vapeur*, *haleine* légère, qui s'évanouit promptement. La fragilité et le néant de toutes choses apparaît en ce mot. Ce que nous voyons est éphémère; ce que nous ne voyons pas, éternel. Pour mieux dire, c'est comme esclave de cette vanité que la créature gémit, enfante, attend la révélation des enfants de Dieu, et qu'ici-bas nous voyons un côté de la vérité et nous prophétisons l'autre. Tant sont vaines toutes choses, jusqu'à la venue de ce qui est parfait !

« Que revient-il à l'homme de tout le travail qui l'occupe sous le soleil ? » *Eccl.* I, 3. Après

voluptatem et luxuriam provocari; cum e contrario omnia, quæ in mundo cernimus, vana doceantur; NEC DEBERE EA nos studiose appetere quæ, dum tenentur, intereant.

« Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes; vanitas vanitatum, et omnia vanitas. » *Eccl.* I, 2. Si cuncta quæ fecit Deus valde bona sunt, quomodo omnia vanitas, et non solum vanitas, verum etiam vanitas vanitatum? Ut sicut in Canticis Canticorum inter omnia carmina, excellens carmen ostenditur; ita in vanitate vanitatum, vanitatis magnitudo monstretur. Tale quid et in Psalmo scriptum est : « Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. » *Psal* XXXVIII, 6. Si vivens homo vanitas est, ergo mortuus vanitas vanitatum. Legimus in Exodo, glorificatum vultum Moysi in tantum, ut filii Israel eum aspicere non possent. Quam gloriam Paulus Apostolus ad comparationem Evangelicæ gloriæ, dicit esse non gloriam : « Nam nec glorificatum est, » inquit, « quod glorificatum fuit in hac parte, propter excellentem gloriam. » II *Cor.* III, 10. Possumus igitur et nos in hunc modum, cœlum, terram, maria, et omnia quæ in hoc circulo continentur, bona quidem per se dicere, sed ad Deum comparata, esse pro nihilo. Et quomodo si igniculum lucernæ videns, contentus essem ejus lumine, et postea, ortò sole, non cernerem, quod lucebat, stellarum quoque lumina jubare viderem solis abscondi; ita aspiciens elementa et rerum multiplicem varietatem admiror quidem operum magnitudinem, recogitans autem omnia pertransire, et mundum suo fine senescere solumque Deum id semper esse quod fuerit, compellor dicere non semel, sed bis : « Vanitas vanitatum, et omnia vanitas. » In Hebræo pro « vanitate vanitatum, ABAL ABALIM הבל הבלים scriptum est, quod, exceptis septuaginta interpretibus, omnes similiter transtulerunt ἀτμός ἀτμίδων, sive ἀτμῶν : quod nos possumus « vaporem » fumi et « auram » tenuem, quæ cito resolvitur, appellare. Caducum itaque et nihil universitatis ex hoc verbo ostenditur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna. Sive quia vanitati creatura subjecta est, et ingemiscit, parturit, et præstolatur revelationem filiorum Dei, et nunc ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus. Tamdiu omnia vana sunt, donec veniat quod perfectum est.

« Quid superest homini in omni labore suo, quo la-

cette maxime générale que tout n'est que vanité, il prend l'homme à partie. C'est en vain qu'il s'épuise dans le travail de ce monde, entassant les richesses, instruisant ses enfants, ambitionnant les honneurs, élevant des édifices ; au milieu de son œuvre, la mort le surprend et la voix lui crie : « Insensé, en cette même nuit on te redemandera ton âme ; et les choses que tu as entassées, à qui seront-elles ? » *Luc.* XII, 20, à qui, puisque de tout ce labeur on n'emporte aucun fruit, et qu'on retourne nu dans la terre, d'où nous sommes sortis?

« Une génération s'en va, une autre vient; et la terre demeure dans le siècle. » *Eccl.* I, 4. Les uns meurent, les autres naissent, et ne voyant plus ceux qu'on voyait, on commence à voir ceux qu'on ne voyait pas. Quoi de plus vain que cette vanité: la terre reste, qui a été faite pour l'homme, et l'homme lui-même, roi de la terre, est soudain réduit en poussière? Autre sens. La génération primitive des Juifs disparaît, et la génération de l'Eglise universelle lui succède ; et la terre demeure jusqu'à ce que, après la disparition de la Synagogue, l'Eglise entière soit entrée. Lorsque l'Evangile aura été prêché par tout l'univers, alors ce sera la fin. La consommation étant imminente, le ciel et la terre passeront. Aussi dit-il caractéristiquement : « La terre demeure dans le siècle, » et non pas : « Dans les siècles. » Or, nous louons Dieu, non pas dans le siècle, mais dans les siècles des siècles.

« Le soleil se lève, le soleil se couche, et va vers son lieu, d'où il se lève encore.» *Eccl.* I, 5. Le soleil lui-même, donné aux mortels pour leur dispenser la lumière, dans son lever et son coucher, est une image quotidienne de la durée passagère des choses. Après avoir pris hors de l'Océan son ardent essor, par des routes que nous ignorons il revient au lieu d'où il était parti, et quand il a parcouru le cercle de la nuit, s'élance de nouveau de sa couche en toute diligence. Pour ces mots, que nous avons donnés d'après la Vulgate ; « Il va vers son lieu, » l'hébreu dit SOEPH שׁוֹאֵף, *il aspire*, εἰσπνεῖ, d'après Aquila ; *il court de nouveau*, d'après Symmaque et Théodotion, sans doute parce que le soleil revient au lieu marqué, qu'il aspire à retourner d'où il est sorti d'abord. Et tout cela pour nous montrer, par les changements des temps et par les révolutions des astres, que la vie humaine s'écoule et périt à notre insu. Autre sens. Le soleil de justice, dont les ailes portent le salut, se lève pour ceux qui ont la crainte de Dieu, et disparaît à son midi pour les pseudoprophètes. Lorsqu'il s'est levé pour

borat sub sole? » *Eccl.* I, 3. Post generalem sententiam, quod vana sint omnia, ab hominibus incipit : quod frustra in mundi istius labore desudent, congregantes divitias, erudientes liberos, ambientes ad honorem, ædificia construentes, in medio opere subita morte subtracti audiant : « Insipiens, hac nocte auferetur anima tua a te; quæ autem parasti, cujus erunt? » *Luc.* XII, 20, maxime cum ex omni labore nihil secum ferant, sed nudi in terram redeant, unde sumpti sunt.

« Generatio vadit, et generatio venit ; et terra in sæculum stat. » *Eccl.* I, 4. Aliis morientibus, nascuntur alii, et quos videras non videns, incipis videre quos non videras. Quid hac vanius vanitate, quam terram manere, quæ hominum causa facta est, et ipsum hominem terræ dominum, in pulverem repente dissolvi? Aliter : Prima recedit generatio Judæorum, et succedit generatio de gentibus congregata ; terra autem tamdiu stat, quamdiu, Synagoga recedente, Ecclesia omnis introeat. Cum enim prædicatum fuerit Evangelium in toto orbe, tunc erit finis. Imminente vero consummatione, cœlum et terra pertransibunt. Et signanter non ait : « Terra in sæculis stat, » sed « in sæculum. » Porro laudamus Dominum, non in uno sæculo, sed in sæculis sæculorum.

« Oritur sol, et occidit sol, et ad locum suum ducit, et oritur (*a*) ipse ibi. *Eccl* ; I, 5. Sol ipse, qui in lucem mortalibus datus est, interitum ortu suo quotidie indicat et occasu. Qui postquam ardentem rotam Oceano tinxerit, per incognitas nobis vias ad locum, unde exierat, regreditur, expletoque noctis circulo, rursum de thalamo suo festinus erumpit. Pro eo autem, quod Vulgatam editionem sequentes posuimus, « ad locum suum ducit, » in Hebræo habet SOEPH שׁוֹאֵף : quod Aquila interpretatur εἰσπνεῖ, id est, « aspirat. » Symmachus vero et Theodotion, « recurrit, » quia videlicet sol revertatur ad locum suum, et ibi, unde prius egressus fuerat, aspiret. Hoc autem totum idcirco, ut doceat, mutationibus temporum, et ortu occasuque siderum, humanam ætatem labi et interire, dum nesciat. Aliter : Sol justitiæ, in cujus alis est sanitas, timentibus Deum oritur, et pseudoprophetis occidit meridie. Cum autem ortus fuerit, in locum suum nos trahit. Quo? videlicet ad Patrem. Ad hoc enim venit, ut nos de terris ad cœlum levet, et dicat : « Cum exaltatus fuerit Filius homi-

(*a*) « Et oritur ipse ibi. » Ambo mss. codices Corbeienses, *et orietur*, etc. Juxta phrasim Hebraicam et enallages temporum in verbis. Solent enim Hebræi et Orientales exprimere per futurum, quæ evenire solent, aut possunt, aut desiderantur, licet sermo sit de præsenti indeterminato, ut est ; « et orietur ipse ibi, » pro *oritur*, quia ibi oriri solet. Notandum tamen in Hebraico contextu hujus loci scriptum esse participium nomen, non verbum futurum. Propterea mss. Corbeiensium lectionem abjiciendam non dubitavi. MARTIAN.

nous, il nous entraîne en sa demeure. Où? assurément auprès du Père. C'est à lui qu'il est allé, afin de nous élever de la terre au ciel, et de dire: « Quand le Fils de l'homme aura été élevé de la terre, il attirera tout à lui. » *Joan.* XII, 32. Il est naturel d'ailleurs que le Fils attire à lui ceux qui croient, lorsque le Père lui-même attire vers le Fils: « Nul ne peut venir à moi, dit-il, si le Père qui m'a envoyé ne l'attire. » *Joan.* VI, 44. Ce soleil, qui se couche pour les uns, disons-nous, et naît pour les autres, se coucha jadis pour le patriarche Jacob sortant de la Terre sainte, et se leva de nouveau pour lui, quand il rentra de la Syrie dans la Terre promise. *Genes.* XXVIII. Lot aussi, lorsqu'il sortit de Sodome pour se rendre dans la ville vers laquelle il lui avait été ordonné de se hâter, monta sur la montagne, et le soleil sortit au-dessus de Ségor. *Genes.* XIX.

« Il va vers l'auster, il tourne vers l'aquilon; de tour en retour va l'esprit, et l'esprit revient dans les cercles qu'il a parcourus. *Eccl.* I, 6. De là nous pouvons induire que le soleil, courant vers la région méridionale en temps d'hiver et voisin du septentrion pendant l'été, ne commence point sa révolution à l'équinoxe d'automne, mais au premier souffle du zéphir, à l'époque du printemps où tous les germes s'ouvrent un chemin à la vie. Il dit ensuite: « De tour en retour va l'esprit, et l'esprit revient dans ses cercles; » soit que Salomon donne au soleil lui-même le nom d'esprit, parce qu'il répand et souffle la vie et la force, grâce à laquelle il accomplit ses révolutions annuelles, selon l'expression du poëte: «Cependant le soleil fait sa grande révolution annuelle, » *Æneid.* III; et ailleurs: « Et l'année se replie sur elle-même pour suivre ses propres traces.» *Georgic.* II; soit parce que le globe lumineux de la lune et les astres nocturnes «sont intérieurement nourris de l'esprit, » et que du soleil, « son âme se répandant dans les parties de la masse, qu'elle met tout entière en mouvement, se mêle au corps immense» de la création; et alors l'Ecclésiaste ne parle pas du cours annuel du soleil, mais de sa révolution de chaque jour. En effet, c'est par une ligne oblique et brisée que par l'auster il s'avance vers le nord, et il revient de même vers l'orient. Autre sens. Quand le soleil parcourt les régions du midi, il est plus voisin de la terre; et il est plus élevé, quand il parcourt celles de l'aquilon. Peut-être donc, pour ceux qui sont étreints par le froid de l'hiver et des tribulations, puisque c'est le souffle de l'aquilon qui embrase les maux sur la terre, *Jerem.* I, 14, le soleil de justice est plus voisin, tandis qu'il passe loin de ceux qui habitent les régions boréales et sont privés de la cha-

nis, omnia trahet ad se. » *Joan.* XII. Nec mirum, Filium ad se trahere credentes, cum et Pater ipse ad Filium trahat: « Nemo enim, » ait, « venit ad me, nisi Pater, qui misit me, adducat eum. » *Joan.* VI, 44. Iste ergo sol, quem aliis occidere, aliis nasci diximus, et Jacob quondam Patriarchæ de Terra sancta egredienti (al. *regredienti*) occidit, rursumque cum de Syria terram repromissionis intraret, ortus est ei. *Gen.* XXVIII. Lot quoque, quoniam (al. *quando*) egressus est de Sodomis, et venit ad civitatem, ad quam, ut festinaret, ei fuerat imperatum, ascendit in montem, et sol exivit super Segor. *Gen.* XIX.

« Vadit ad austrum, et girat ad aquilonem: girans girando vadit spiritus, et in circulos suos revertitur spiritus.» *Eccl.* I, 6. Hinc possumus æstimare hyemis tempore solem ac meridianam plagam currere, et per æstatem septentrioni esse vicinum, et non per æquinoctium autumni habere principium; sed primum spirante favonio, quando tempore veris in fœtum cuncta rumpuntur. Quod autem ait: « Girans girando vadit spiritus, et in circulos suos revertitur, » sive ipsum solem spiritum nominavit, quod animet et spiret, et vigeat, et annuos orbes suo cursu expleat, (*a*) ut ait poeta: *Æneid.* III:

Interea magnum sol circumvolvitur annum;

et alibi: *Georgic.* II:

Atque in se sua per vestigia volvitur annus;

sive quod et lunæ lucentem globum et astra Titania

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agit molem, et magno se corpore miscet;

non de annuo solis cursu, sed de quotidianis semitis ejus loquitur. Obliqua enim et fracta linea per austrum pergit ad boream, et ita revertitur ad orientem. Aliter: Sol quando per austrum currit, vicinior terræ est; quando per aquilonem, sublimis attollitur. Forsitan ergo his qui hyemis et tribulationum frigore coarctantur (ab aquilone enim, *Jerem.* I, 14, exardescunt mala super terram) vicinior sol iste justitiæ est; his vero qui in boreæ parte habitant, et calore privantur æstivo,

(*a*) « Et annuos orbes suo cursu expleat. » Editi, « et annuos orbis cursus expleat; » quod certo incongruum efficit sensum, nec satis consonum Virgilii consequentibus versibus, quorum prior exstat III Æneidos, secundus II Georgicorum; cæteri vero,

Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra, etc.

libro sexto Æneidos circa finem. Non omitto mss. Corbeienses et Colbertinum legere hunc locum juxta errores Origenis: « Sive ipsum solem spiritum nominavit, quod animal sit et spiret, » etc. MARTIAN.

leur de l'été, et que par ses routes accoutumées il revient à son point de départ. Dès qu'il a attiré tout à lui, dès qu'il a éclairé tous les hommes de ses rayons, le retour au premier état est accompli, et Dieu est tout en toutes choses. Symmaque a ainsi interprété ce passage : « Il va vers le midi et fait le tour vers le nord ; le vent va, courant le pays, et le vent revient par le cercle qu'il avait parcouru. »

« Tous les torrents vont à la mer, et la mer n'est point remplie. Au lieu d'où sortent les torrents, leurs eaux retournent elles-mêmes, pour s'en aller. » *Eccl.* I. Quelques-uns croient que les eaux douces, qui s'écoulent dans la mer, y sont absorbées à la surface par les ardeurs du soleil, ou qu'elles servent d'aliment au principe salifiant de l'eau de mer. Voici que notre Ecclésiaste, ou plutôt le Créateur des eaux lui-même, nous apprend qu'elles reviennent à leurs sources par des veines cachées et que de l'abîme qui les engendre elles tendent toujours vers le lieu qui les a vues naître. Les Hébreux avec plus de raison, sous ces mots de torrents et de mer, voient une allégorie de la destinée des hommes, qui retournent à la terre d'où ils ont été tirés. L'Ecclésiaste ne les appelle pas des fleuves, il les appelle des torrents, à cause de la rapidité avec laquelle ils succombent, et cependant la terre n'est point remplie de la multitude des morts. C'est ainsi, pour parler comme le texte, que les eaux troubles retournent directement à la mer, d'où elles étaient sorties. Et je ne sache pas que le mot torrent ait été jamais écrit en bonne part sans correctif. « Vous les abreuverez du torrent de votre volupté, » *Psalm.* XXXV, 9, est-il dit avec le correctif *volupté*. Au contraire, c'est au bord du torrent de Cédron que le Sauveur est trahi ; *Joan.* XVIII, 1 ; Elie se cache pendant la persécution près du torrent de Chorath, qui est ensuite desséché. III *Reg.* XVII, 3. Quant à la mer insatiable, elle ne s'emplit pas, non plus que les filles sangsues des Proverbes. *Prov.* XXX, 15.

« Tout est plein de difficultés et plus qu'on ne saurait dire. L'œil ne se rassasie point de voir, ni l'oreille d'entendre. » *Eccl.* I, 8. Il n'est pas moins difficile d'énumérer les difficultés morales que les difficultés physiques. La parole ne suffit pas à expliquer les causes et les caractères des choses, ni l'œil à voir la dignité de l'œuvre, ni l'oreille à parvenir au faîte de la science par les leçons de quelque maître que ce soit. Nous ne voyons dans le miroir qu'une image énigmatique de la vérité, nous connaissons une face des choses et nous en inférons l'autre. Par conséquent, la parole ne peut expliquer ce qu'elle ignore, ni l'œil voir ce que lui cache sa cécité, ni l'oreille se remplir de connaissances dont elle doute. Observons en passant que toute notion est pleine de difficultés et ne s'acquiert qu'au prix d'un grand travail ; cela répond aux oisifs qui

incedit, procul, et per suos circulos, unde profectus est, revertitur. Cum enim traxerit omnia ad se, et universos suis radiis illuminaverit, fit restitutio principalis, et est Deus omnia in omnibus. Symmachus hunc locum ita interpretatus est : « Vadit ad meridiem, et circumit ad boream ; perambulans vadit ventus, et per quæ circumierat, revertitur ventus. »

« Omnes torrentes vadunt in mare et mare non impletur. Ad locum de quo torrentes exeunt, illic ipsi revertuntur, ut abeant. » *Eccl.* I, 7. Putant quidam, aquas dulces, quæ in mare influunt, vel ardente desuper sole consumi, vel salsugini (al. *salsuginis*) maris esse pabula. Ecce Ecclesiastes noster, et ipsarum aquarum conditor, eas dicit per occultas venas ad capita fontium regredi, et de matrice abysso in sua semper ebullire principia. Melius autem Hebræi sub torrentium et maris nomine per metaphoram de hominibus significari arbitrantur, quod in terram, de qua sumpti sunt, redeant ; et torrentes vocentur, non flumina, eo quod cito intercidant nec tamen impleatur terra multitudine mortuorum. Porro, si ad altiora conscendimus (al. *conscendamus*), recte turbidæ aquæ in mare, unde substiterant, revertuntur. Et, ni fallor, absque additamento nusquam torrens in bonam partem legitur. Nam : « Torrente voluptatis tuæ potabis illos, » cum additamento dicitur « voluptatis. » *Psal.* XXXV, 9. Et e contrario Salvator ad torrentem traditur Cedron. *Joan.* XVIII, 1. Et Elias persecutionis tempore ad torrentem Chorath latitat, qui et ipse siccatur. III *Reg.* XVII, 3. Non adimpletur autem mare insatiabile, quomodo et in Proverbiis filiæ sanguisugæ. *Prov.* XXX, 15.

« Omnes sermones graves non poterit vir loqui. Non satiabitur oculus videndo, et non implebitur auris auditu. » *Eccl.* I, 8. Non solum de physicis, sed et de ethicis quoque scire difficile est. Nec sermo valet explicare causas naturasque rerum, nec oculus, ut rei poscit dignitas, intueri, nec auris, instituente doctore, ad summam scientiam pervenire. Si enim nunc per speculum videmus in ænigmate, et ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus, consequenter nec sermo potest explicare quod nescit, nec oculus in quo cæcutit aspicere, nec auris de quo dubitat impleri. Simul et hoc notandum, quod omnia verba sint gravia, et magno labore discantur, contra eos qui putant otiosis

pensent qu'il leur suffit de faire des vœux pour arriver à la connaissance des Ecritures.

« Qu'est ce qui fut? cela même qu'il sera. Et qu'est ce qui a été fait? cela même qui sera fait. Il n'y a rien de nouveau sous le soleil.» *Eccl.* I, 9. Il me parait qu'après tout ce qu'il a énuméré, la génération et la génération, la masse de notre globe, le lever et le coucher du soleil, le cours des fleuves, la grandeur de l'Océan, et tout ce que nous apprennent la pensée, la vue ou l'ouïe, il parle maintenant de toutes ces choses en général, disant qu'il n'existe rien dans la nature entière, qui n'ait déjà antérieurement existé. Dès l'origine du monde, les hommes naissaient et mouraient, la terre était tenue en équilibre sur les eaux, et le soleil se levait pour se coucher. Un un mot, il avait été donné par le Dieu créateur aux oiseaux de voler, aux poissons de nager, aux animaux terrestres de marcher. Le poëte comique rapporte quelque chose de semblable à la maxime de Salomon: « Rien n'a été dit, qui n'ait été dit antérieurement. » *Terent. in Prolog. Eun.* D'où mon précepteur Donatus m'écrivait, en expliquant ce vers: «Maudits ceux qui ont avant nous exprimé nos pensées! » Que si l'on ne peut dire rien de nouveau comme parole, combien plus ne le peut-on pas au sujet de l'ordre du monde, si parfait dès l'origine, que Dieu se reposa le septième jour! J'ai lu ceci dans un livre: Si tout ce qui a été fait sous le soleil fut dans les siècles antérieurs avant d'avoir été fait, et si l'homme a été fait après la création du soleil, l'homme exista donc avant d'avoir été fait sous le soleil. Raisonnement inadmissible, en ce qu'il conduirait à dire que la bête de somme et le moucheron, les plus petits et les plus gros animaux ont existé avant le ciel. A moins qu'on ne prétende que la suite du discours montre que l'Ecclésiaste parle de l'homme seul, à l'exception de tous les autres animaux. Il s'exprime en effet ainsi: « Il n'y a rien de nouveau sous le soleil, qui parle et qui dise: Voici une chose nouvelle.» Or, les animaux ne parlent pas, il n'y a que l'homme qui parle. Que si les ani-

sibi et vota facientibus venire notitiam (al. *ad notitiam*) Scripturarum.

« Quid est quod fuit? ipsum quod erit. Et quid est quod factum est? ipsum quod fiet. Et non est omne recens sub sole. » *Eccl.* I, 9. Videtur mihi de bis quæ supra enumeravit, generatione et generatione, mole terrarum, ortu solis et occasu, cursu fluminum, magnitudine Oceani, omnibusque quæ aut cogitatione, aut visu, vel auribus discimus, nunc communiter loqui, quod nihil sit in natura rerum quod non ante jam fuerit. Ab initio enim mundi et homines nati et mortui sunt, et terra super aquas librata constitit, et sol ortus occubuit. Et ne plura percurram, et avibus volare, et natare piscibus, et terrestribus ingredi, et serpentibus labi, Deo artifice concessum est. Huic quid simile sententiæ et Comicus ait:

Nihil est dictum (*a*) quod non sit dictum prius.
Terent. in Prolog. Eunuchi.

Unde præceptor meus Donatus, cum istum versiculum exponeret: « Pereant, » inquit, (*b*) « qui ante nos nostra dixerunt! » Quod si in sermonibus nihil novum dici potest, quanto magis in administratione mundi, quæ ab initio sic perfecta est, ut requiesceret Deus ab operibus suis in die septima! Legi in quodam (*c*) libro: Si omne, quod sub sole factum est fuit in præteritis sæculis antequam fieret, et homo jam sole conditio factus est, fuit ergo homo antequam sub sole fieret. Sed excluditur, quod, hac ratione, et jumenta, et culices, et minuta quæque, et magna animalia ante dicerentur fuisse quam cœlum. Nisi forte illud respondeat, ex consequentibus ostendi, non de cæteris animalibus, sed de homine Ecclesiastæ esse sermonem. Ait enim: « Non est omne recens sub sole, quod loquatur et dicat: Ecce hoc novum est. » Animalia autem non loqui, sed tantum hominem; quod si loquantur animalia novum esse, et solvi sententiam, nihil novum esse sub sole.

« Estne verbum de quo dicatur, vide hoc novum est;

(*a*) « Nihil est dictum. » Terentius in Prologo Eunuchi, hæc habet:

Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius;
Quare æquum est vos cognoscere atque ignoscere
Quæ veteres factitarunt, si faciunt novi.

Por in Commentariis Donati excusis non invenitur comma quod Hieronymus replicat. Unde conjicio Donatum dixisse, « Pereant qui ante, » etc. cum viva voce in ludo Grammatices istum Comici versiculum exponeret. MARTIAN.

(*b*) Putat Martianæus hoc de ore dictum a Donato, cum in ejus Commentariis nihil simile invenire sit. Fortasse ante verius novum ex hoc loco argumentum peteretur ad probandum, Commentarios illos in vulgatis hodienum libris mancos esse et mutilos.

(*c*) « Legi in quodam libro. » Origenis dogma apud Origenem legisse lib. II περὶ Ἀρχῶν non dubium est; nam in epistola ad Avitum testatur idem Hieronymus Origenem abusum fuisse hoc Ecclesiastæ testimonio, ut probaret quod ante fabricam istius mundi, alii mundi in præteritis sæculis fuerint. Consule epistolam, quæ incipit: « Ante annos circiter decem, » etc. MARTIAN.

— Quamquam in promptu sit opinari librum tertium Origenis περὶ Ἀρχῶν cap. 5 innui, cujus locum in epist. 124 ad Avitum, num. 9, adducit, et luculenter impugnat S. doctor; in eam tamen sententiam jamdiu olim concesserant et Hebræi quidam, quos R. Moses Maimonides memorat lib. II, « More Nevochin. »

maux parlent pour dire qu'il n'y a rien de nouveau, il cesse d'être vrai qu'il n'y a rien de nouveau sous le soleil.

« Est-il une parole dont on dise : Voyez ceci est nouveau ; les choses qui furent avant nous sont ce qui fut dans les siècles ? » *Eccl.* I, 10. Symmaque a traduit cela plus clairement : « Croyez-vous que quelqu'un puisse dire : Voyez, ceci est nouveau, et ce qui fut avant nous vient d'être fait dans le temps ? » Ce passage est d'accord avec ce qui précède, qu'il ne se fait rien de nouveau dans le monde ; il n'est personne ici-bas qui puisse dire : Ceci est nouveau, puisque toute chose nouvelle qu'il prétendra montrer aura déjà existé dans les siècles antérieurs. Ne pensons pas toutefois que les signes, les prodiges, et bien d'autres choses nouvelles qui arrivent dans le monde par les décrets de Dieu, ont déjà été faites dans les siècles antérieurs ; ni qu'Epicure ait ici raison d'affirmer que pendant des périodes innombrables les mêmes choses sont faites dans les mêmes lieux et par les mêmes agents. Ainsi Judas aurait trahi plusieurs fois, et Jésus-Christ plusieurs fois souffert pour nous, et les autres choses qui ont été faites, et celles qui doivent l'être, au bout de périodes déterminées se reproduiraient exactement. Il faut dire que c'est selon la prescience et la prédestination divines qu'ont été déjà faites les choses à venir. Ceux qui ont été élus en Jésus-Christ avant la création du monde, ont été élus dans les premiers temps.

« On ne se souvient plus des choses du temps jadis, et les hommes qui existeront à la fin des temps ne se souviendront plus de celles qui doivent venir bientôt après nous. » *Eccl.* I, 11. Comme nous avons l'oubli profond du passé, ainsi ceux qui doivent naître ne pourront savoir notre présent ou leur avenir ; toutes choses passeront pour tomber dans le silence, elles seront cachées comme si elles n'avaient pas existé, et cette sentence sera remplie : « Vanité des vanités et tout n'est que vanité. » Le voile qui couvre la face et les pieds des Séraphins est l'image des voiles qui couvrent le passé et l'avenir. Si l'on suit l'interprétation des Septante : « Le souvenir n'appartient pas aux premiers, et les derniers qui doivent exister ne le posséderont pas avec ceux qui doivent exister à la fin, » *Matth.* XX, 16, on arrive au sens de l'Evangile que ceux qui sont les premiers en ce monde seront les derniers de tous dans l'autre. Le Dieu de bonté et de clémence se souvient des plus petits et des plus grands ; il n'accordera donc pas une gloire aussi grande à ceux qui auront mérité d'être les derniers par leur faute, qu'à ceux qui auront voulu être les derniers en ce monde par l'humilité. Aussi l'Ecclé-

jam fuit in sæculis, quæ fuerunt ante nos ? » *Eccl.* I, 10. Apertius hoc Symmachus transtulit : « Putasne est, qui possit dicere : Vide, hoc novum est, et jam factum est in sæculo, quod fuit ante nos ? » Cum superioribus autem congruit, quod nihil novum in mundo fiat ; nec sit aliquis, qui possit existere et dicere : Ecce hoc novum est, siquidem omne quod se putaverit novum ostendere, jam in prioribus sæculis fuit. Nec putemus signa atque prodigia, et multa, quæ arbitrio Dei nova in mundo fiunt, in prioribus sæculis esse jam facta ; et locum invenire Epicurum, qui asserit per innumerabiles periodos eadem et eisdem in locis et per eosdem fieri. Alioquin et Judas crebro prodidit, et Christus passus est sæpe pro nobis, et cætera quæ facta sunt, et futura, in easdem similiter periodos revolventur. Sed dicendum, quod ex præscientia et prædestinatione Dei jam ea facta sint, quæ futura sunt. Qui enim electi sunt in Christo ante constitutionem mundi, in prioribus sæculis jam fuerunt.

« Non est memoria primis, et quidem novissimis quæ futura sunt, non erit eis memoria apud eos qui futuri sunt in novissimo. » *Eccl.* I, 11. Quomodo præterita apud nos abscondit oblivio ; sic ea quæ vel nunc fiunt, vel quæ futura sunt, hi qui nasci habent scire non poterunt, et cuncta silentio præteribunt, et quasi non fuerint abscondentur, et complebitur illa sententia : « Vanitas vanitatum et omnia vanitas. » Nam et Seraphim propterea faciem suam et pedes velant, quia prima et extrema cooperta sunt. Juxta autem Septuaginta Interpretes, qui dixerunt : « Non est memoria primis (*a*), et quidem novissimis qui futuri sunt, non erit eis memoria cum his qui futuri sunt in novissimo ; » *Matth.* XX, 16 ; ille de Evangelio sensus est, quod qui in isto sæculo primi sunt, sint omnium novissimi. Et quia Deus, ut benignus et clemens, minimorum quoque, et omnium recordatur, his qui propter vitium suum novissimi esse meruerunt non tantam dabit gloriam, quantam his qui se humiliantes novissimi in mundo esse voluerunt. Dicitur itaque et in consequentibus : « Non est memoria sapientis cum stulto in æternum. »

(*a*) « Non est memoria primis. » Nullum vestigium Græcorum verborum, quæ hic apud Erasmum et Marianum leguntur, invenire potui in mss. codicibus, qui tamen constanter retinent Græcas lectiones aliorum locorum et præcedentium et consequentium. Unde manifestissime apparet solita temeritate scriptoris alicujus recentioris addita fuisse Græca verba in Comment. Hieronymiano, atque e corruptis exemplaribus fluxisse in editionem Erasmianam, cujus errores imitatur sæpius Marianus Victorius Erasmi castigator. MARTIAN.

siaste dit-il plus loin : « La mémoire du sage n'est pas celle de l'insensé dans l'éternité. »

« Moi, l'Ecclésiaste, j'ai été roi sur Israël en Jérusalem. » *Eccl.* I, 12. Jusqu'ici, c'était une discussion préliminaire sur tous les hommes en général ; maintenant, il arrive à lui-même pour nous montrer quel il fut et par quelle expérience il a connu toutes choses. Les Hébreux rapportent que Salomon fit ce livre alors qu'il se repentait d'avoir été conduit par une confiance aveugle en sa propre sagesse et en ses biens terrestres à offenser Dieu par la luxure.

« Je résolus en moi-même de rechercher et d'examiner avec sagesse tout ce qui se fait sous le soleil. C'est une occupation pénible que Dieu a donnée aux hommes pour les exercer pendant leur vie. » *Eccl.* I, 13. Le mot ANIAN עבין est semblablement traduit, dans Aquila, les Septante et Théodotion, par περισπασμόν, que l'interprète latin exprime par *distension*, parce que l'esprit de l'homme est déchiré par les sollicitudes qui le distendent en divers sens. Symmaque a traduit par ἀσχολίαν, c'est-à-dire, *occupation*. Ce mot ANIAN revient souvent en ce livre ; que nous le rendions par occupation, par distension, ou par tout autre, il faudra toujours s'en rapporter au sens que nous donnons ici. L'Ecclésiaste résolut donc en lui-même de rechercher avec sagesse toutes choses, et franchissant les limites du permis, il voulut connaître les causes et les raisons : pourquoi de petits enfants sont possédés du démon ; pourquoi les naufrages n'engloutissent pas moins les justes que les impies ; si ces maux et autres semblables sont un effet du hasard ou d'une décision de Dieu ; si du hasard, où est la providence ? si d'une décision de Dieu, où est sa justice ? Et il dit de cette curiosité : J'ai compris que c'était un soin superflu, une sollicitude, source de mille tortures, donnée aux hommes par Dieu, que ce désir de savoir ce qu'il n'est pas permis de savoir. Il est bon que Dieu donne aux hommes cette distension d'esprit qu'ils font précéder de sa cause. Il est écrit dans l'Epître aux Romains : « C'est pourquoi Dieu les a livrés aux passions de l'ignominie ; » *Rom.* I, 26 ; et encore : « Dieu aussi les a livrés à un sens dépravé, en sorte qu'ils font des actions indignes de l'homme ; » *Ibid.* 28 ; et en outre : « C'est pourquoi Dieu les a livrés aux désirs de leurs cœurs et à l'impureté ; » *Ibid.* 24 ; et aux Thessaloniciens : « C'est pourquoi Dieu leur enverra cet artisan de l'erreur. » II *Thess.* II, 11. L'Apôtre indique d'abord les causes pour lesquelles les hommes sont livrés aux passions de l'ignominie, ou bien à un sens réprouvé, ou aux désirs de leurs cœurs, et ce qu'ils ont fait pour que Dieu leur envoie l'artisan de l'erreur. De même en ce cas, si Dieu a livré les hommes à cette distension pénible d'esprit, qui les déchire, c'est parce qu'ils ont auparavant fait telle chose ou telle autre librement et par leur propre volonté.

« Ego Ecclesiastes fui rex super Israel in Jerusalem. » *Eccl.* I, 12. Hucusque præfatio generaliter de omnibus disputantis (al. *disputans*) ; nunc ad semetipsum redit, et quis fuerit, quomodo experimento universa cognoverit, docet. Aiunt Hebræi hunc librum Salomonis esse pœnitentiam agentis, quod in sapientia divitiisque confisus, per mulieres offenderit Deum.

« Et dedi cor meum ad inquirendum et considerandum in sapientia de omnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem malam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea. » *Eccl.* I, 13. Verbum ANIAN עניך Aquila, Septuaginta et Theodotio περισπασμόν similiter transtulerunt, quod in « distentionem » Latinus Interpres expressit, eo quod in varias sollicitudines mens hominis distenta lanietur. Symmachus vero ἀσχολίαν, id est, « occupationem » transtulit. Quia igitur sæpius in hoc volumine nominatur, sive « occupationem, » sive « distentionem, » sive quid aliud dixerimus, ad superiorem sensum cuncta referantur. Dedit ergo Ecclesiastes primo omnium mentem suam ad sapientiam requirendam, et ultra licitum se extendens, voluit causas, rationesque cognoscere : quare parvuli corriperentur a dæmone, cur naufragia et impios pariter absorberent ; utrum hæc, et his similia casu evenirent, an judicio Dei ; et si casu, ubi providentia ? si judicio, ubi justitia Dei ? Hæc, inquit, nosse desiderans, intellexi superfluam curam et sollicitudinem per diversa cruciantem a Deo hominibus datam, ut scire cupiant quod scire non licitum est. Pulchre autem causa præmissa, a Deo data distentio est. Quomodo enim in Epistola ad Romanos scribitur : « Propter quod tradidit eos Deus in passiones ignominiæ ; » *Rom.* I, 26 ; et iterum : « Propter quod tradidit eos Deus in reprobum sensum ut faciant quæ non oportet ; » *Ibid.* 28 ; ac deinde : « Propterea tradidit eos Deus in desideria cordis sui in immunditiam ; » *Ibid.* 24 ; et ad Thessalonicenses : « Propterea mittet eis Deus operatorem erroris. » II *Thess.* II, 11. Et prius causæ ostenduntur, quare vel passionibus ignominiæ, vel sensui reprobo, vel cordis sui desideriis concedantur (al. *concidantur*) aut quid fecerint, ut operatorem erroris accipiant. Ita et in præsentiarum idcirco Deus distentionem malam dedit hominibus, ut distendantur in ea, quia prius sponte sua et propria voluntate hæc vel illa fecerunt.

« J'ai vu toutes les œuvres qui ont été faites sous le soleil, et j'ai trouvé que tout était vanité et présomption. » *Eccl.* I, 14. La nécessité nous oblige à l'analyse des mots hébreux plus souvent que nous ne voudrions. Nous ne pouvons connaître le sens que d'après les mots eux-mêmes. Aquila et Théodotion ont traduit Rooth רעות par νομήν, et Symmaque par βόσκησιν. Les Septante, aux yeux de qui le mot n'était pas hébreu, mais syriaque, l'ont rendu par προαίρεσιν. Νομὴ ou βόσχησις ont trait à un genre de nourriture : « Tout est vanité et vent dont on se nourrit; » προαίρεσις indique plutôt la *volonté* que la *présomption*. Le sens est celui-ci : Chacun fait ce qu'il veut, avec la croyance de bien faire, les hommes sont entraînés en tous sens par le libre arbitre, et tout est vanité sous le soleil, puisque nous nous déplaisons mutuellement dans les buts poursuivis, biens et maux. Un Hébreu, que j'ai eu pour précepteur dans la lecture des Ecritures saintes, me disait : En cet endroit, le mot Rooth signifie plutôt affliction ou mal, que nourriture ou volonté; non qu'il s'agisse du mal qui est le contraire du bien, mais de ce mal dont il est écrit dans l'Evangile : « A chaque jour suffit sa peine, » *Matth.* VI, 34, et que les Grecs appellent caractéristiquement κακουχία; le sens est donc : J'ai examiné tout ce qui se passe dans le monde, et je n'y trouve autre chose que vanité et maux, c'est-à-dire, misères d'esprit, qui affligent l'âme de pensées diverses.

« L'âme pervertie ne peut pas être couronnée, et le nombre des imperfections est infini. » *Eccl.* I, 15. Celui qui est pervers ne pourra être couronné, s'il ne s'est pas corrigé d'abord. Ce qui est droit reçoit l'ornement, on redresse ce qui est tortueux; et l'on appelle pervers celui dont l'âme est devenue difforme en perdant sa rectitude Ceci est dit contre les hérétiques qui admettent que certaines natures ne peuvent être guéries. Le nombre des imperfections, c'est-à-dire, de ce qui manque, est infini; seuls, les premiers-nés d'Israël entrent en ligne de compte. Quant aux femmes, aux esclaves, aux enfants, à la multitude emmenée d'Egypte, ils ne servent pas à parfaire le total de l'armée, ils sont retranchés de ce nombre et passés sous silence. Le sens peut être encore celui-ci : Il y a tant de dépravation dans le monde si vaste, que ce monde ne saurait revenir que difficilement à la stabilité complète dans le bien et reconquérir l'ordre et la perfection dans lesquels il fut d'abord créé. Autre sens : Tout ayant été rétabli dans son premier état par la pénitence, le diable seul demeurera dans son erreur. En effet, tout ce qui a été fait sous le soleil a été renversé selon la volonté de l'Esprit malin, puisque c'est à son instigation que les péchés s'accumulent sur les péchés. En un mot, le

« Vidi universa (al. *omnia*) opera, quæ facta sunt sub sole, et ecce omnia vanitas et præsumptio spiritus. » *Eccl.* I, 14. Necessitate compellimur, ut crebrius quam volumus de Verbis Hebraicis disseramus. Nec enim possumus scire sensum, nisi eum per verba discamus. Rooth רעות Aquila et Theodotio νομὴν, Symmachus βόσκησιν transtulerunt. Septuaginta autem Interpretes non Hebræum sermonem expressere, sed Syrum, dicentes προαίρεσιν. Sive ergo νομὴ, sive βόσκησις, a pastione vocabulum est; προαίρεσις autem melius « voluntatem, » quam « præsumptionem » sonat. Dicitur autem, quod agat unusquisque quod velit, et sibi rectum esse videatur, atque in diversa libero homines ferantur arbitrio, et vana sint universa sub sole, dum invicem nobis in bonorum et malorum finibus displicemus. Dicebat mihi Hebræus, quo Scripturas sanctas instituente perlegi, quod supra scriptum ROOTH verbum, magis in hoc loco afflictionem et malitiam, quam pastionem et voluntatem significaret; non a malo, quod est contrarium bono, sed ab eo, quod in Evangelio scribitur : « Sufficit diei malitia sua, » *Matth.* VI, 34, quam Græci significantius κακουχίαν vocant, et esse sensum : Consideravi universa, quæ in mundo fiunt, et nihil aliud deprehendi, quam vanitatem et malitias, id est miserias spiritus, quibus anima diversis cogitationibus afflictatur.

« Perversus non poterit adornari, et imminutio non poterit numerari. » *Eccl.* I, 15. Qui perversus est, nisi ante corrigatur, non poterit adornari. Recta ornatum recipiunt, curva correctionem. Perversus non dicitur, nisi qui depravatus a recto est. Hoc contra hæreticos, qui quasdam naturas introducunt, quæ non recipiunt sanitatem. Et quia imminutio, hoc est, quod deest, non potest numerari, propterea tantum primogenita Israel numerata sunt. Feminæ vero, et servi, et parvuli, et vulgus ex Ægypto, nequaquam plenitudo, sed imminutio exercitus, absque numero prætermissi sunt. Potest et hic esse sensus : Tanta malitia in mundi hujus capacitate versatur, ut ad integrum boni statum mundus redire vix valeat, nec possit facile recipere ordinem et perfectionem suam, in quibus primum conditus est. Aliter : Omnibus per pœnitentiam in integrum restitutis, solus diabolus in suo permanebit errore. Cuncta enim quæ sub sole facta sunt, illius arbitrio et spiritu malignitatis eversa sunt, dum ad ejus instinctum peccatis peccata cumulantur. Denique, tantus est numerus

nombre des séducteurs et des victimes qu'il a ravis au troupeau du Seigneur est si grand, qu'aucun calcul ne saurait le déterminer.

« J'ai dit en moi-même : Je suis devenu puissant, et j'ai surpassé en sagesse tous ceux qui ont été avant moi en Jérusalem ; mon cœur a vu des trésors de sagesse et de science. » *Eccl.* I, 16. Salomon fut plus sage, non pas qu'Abraham, Moïse et les autres saints, mais que tous ceux qui avaient été avant lui en Jérusalem. Le livre des Rois nous dit combien était grande cette sagesse de Salomon, qui en avait demandé le don à Dieu avant celui de toute autre chose. L'œil de son cœur pur voit donc des trésors de sagesse et de science; aussi ne dit-il pas : J'ai dit beaucoup de choses selon la sagesse et la science; mais : Mon cœur a vu des trésors de sagesse et de science. Nous ne pouvons pas en effet exprimer par la parole tout ce que nous sentons.

« Mon esprit s'est appliqué à chercher la sagesse et la science, les erreurs et la sottise; et j'ai reconnu que cela même est du vent dont on se nourrit, » ou bien « est présomption. » *Eccl.* I, 17. Les contraires se comprennent par les contraires. Le commencement de la sagesse est d'être exempt de sottise, et l'on ne peut être exempt de sottise qu'à la condition de la comprendre. Aussi est-ce pour que nous nous formions à la sagesse par la fuite des choses nuisibles qu'il s'en trouve dans la création. Salomon mit une application égale à chercher la sagesse et la science, et à fuir le domaine des erreurs et de la sottise; la recherche des unes et la fuite des autres devaient caractériser en lui la véritable sagesse. Mais en cela, comme en toute autre chose, il confesse qu'il s'est nourri de vent et qu'il a été incapable d'atteindre à la vérité parfaite. Au sujet de la présomption ou de l'action de se nourrir de vent, dont il est souvent question en ce livre, on se contentera des explications données plus haut.

« Parce que plus on est sage, plus on a d'agitation; plus on est savant, plus on a de peine. » *Eccl.* I, 18. Plus on a fait de progrès dans la sagesse, plus on s'indigne d'être sujet aux vices, et d'être loin des vertus, dont on a soif. *Sap.* VI, 7. Les forts souffrent les tortures avec force et l'on exige d'autant plus de quelqu'un qu'on lui a confié un dépôt plus considérable; ainsi celui qui amasse la science, amasse la douleur; il est plein de chagrin selon Dieu, il verse d'amères larmes sur ses fautes. D'où la parole de l'Apôtre : « Qui pourrait me réjouir, si ce n'est celui qui est dans la tristesse à cause de moi? » II *Corinth.* II, 2. Peut-être encore faut-il comprendre ainsi : L'homme sage s'afflige de ce que la sagesse est si bien et si profondément cachée; il voudrait qu'elle éclairât l'esprit, comme la lumière éclate aux yeux, tandis qu'elle est le prix d'une méditation et d'une étude continuelles, sources de

seductorum et eorum qui de grege Domini ab eo rapti sunt, ut supputatione non queat comprehendi.

« Locutus sum ego cum corde meo, dicens : Ecce ego magnificatus sum, et adjeci sapientiam super omnes qui fuerunt ante me Jerusalem, et cor meum vidit multam sapientiam et scientiam. » *Eccl.* I, 16. Sapientior fuit Salomon, non Abraham, et Moyse, et cæteris Sanctis, sed his qui fuerunt ante se in Jerusalem. Legimus et in Regnorum libris, multæ sapientiæ fuisse Salomonem, et hoc a Deo donum præ cæteris postulasse. Mundi ergo cordis oculus multam sapientiam et scientiam contuetur, quia non ait : Multam sapientiam et scientiam sum locutus ; sed: Multam sapientiam et scientiam vidit cor meum. Non enim possumus eloqui omnia quæ sentimus.

« Et dedi cor meum, ut nossem sapientiam et scientiam, errores et stultitiam ; cognovi quia et hoc est pastio venti, sive præsumptio spiritus. » *Eccl.* I, 17. Contrariis contraria intelliguntur. Et sapientia prima est, stultitia caruisse. Stultitia autem carere non potest, nisi qui intellexerit eam. Unde et plurima in rebus noxia sunt creata, ut dum vitamus ea, ad sapientiam erudiamur. Æqualis ergo studii fuit Salomoni scire sapientiam et scientiam, et e regione errores et stultitiam; ut in aliis appetendis et aliis declinandis, vera ejus sapientia probaretur. Sed in hoc quoque, ut in cæteris, dicit pavisse se ventos, et non valuisse perfectam comprehendere veritatem. De præsumptione spiritus, sive pastione venti, quæ sæpius in hoc libro dicitur, supra disseruisse sufficiat.

« Quia in multitudine sapientiæ, multitudo furoris ; et qui apponit scientiam, apponit dolorem. » *Eccl.* I, 18. Quanto magis quis sapientiam fuerit consecutus, tanto plus indignatur subjacere vitiis et procul esse a virtutibus quas requirit. *Sap.* VI, 7. Quia autem potentes potenter tormenta patientur, cuique plus creditur, plus exigitur ab eo, propterea apponit dolorem qui apponit scientiam, et contristatur mœrore secundum Deum, doletque super delictis suis. Unde et Apostolus ait : « Et quis est qui lætificat me, nisi qui contristatur ex me ? » II *Cor.* II, 2. Nisi forte et hoc intelligendum, quod sapiens vir doleat tam in abdito et profundo latere sapientiam, nec ita se præbere mentibus, ut lumen visui ; sed per tormenta quædam et intoleran-

certains tourments et d'un intolérable travail. « J'ai dit en moi-même à mon cœur : Viens maintenant, je t'éprouverai dans la joie, et je te verrai dans les biens; et ceci encore n'est que vanité. » *Eccl.* II, 1. La recherche de la sagesse et l'acquisition de la science ne sont que labeur et douleur; je n'y ai trouvé qu'un combat inutile et sans fin, et je me suis tourné vers les plaisirs, j'ai voulu nager dans le luxe, multiplier les commodités de la vie, surpasser tout homme en richesses, m'enivrer, avant de mourir, de toutes les délices périssables. Mais en ceci encore j'ai reconnu ma vanité, puisque le plaisir évanoui ne charme plus le présent, et qu'on l'épuise sans se rassasier. Or, en tant que riche, je n'ai pas seulement à compter avec les plaisirs des sens, mais aussi avec le désir intime d'émousser cet aiguillon donné à ma chair comme un ange de Satan pour me donner des soufflets de peur que je ne m'enfle d'orgueil. II *Corinth.* XII, 7. Aussi Salomon dit-il : « Ne me donnez, Seigneur, ni la pauvreté ni les richesses; » et il ajoute aussitôt : « De peur qu'étant rassasié, je ne sois tenté de vous renoncer et de dire : Qui est le Seigneur? » *Prover.* XXX, 8, 9. C'est l'abondance des biens qui causa la chute du diable. Aussi est-il écrit dans l'Apôtre : « De peur que, s'élevant d'orgueil, il ne tombe dans la condamnation de Satan, » I *Tim.* III, 6, c'est-à-dire, dans une condamnation semblable à celle qui frappa le démon. Bornons-nous à dire qu'ici-bas la joie spirituelle est dite vanité, comme tout le reste, parce que nous n'en voyons qu'une image énigmatique. Lorsqu'elle nous sera révélée face à face, elle ne s'appellera plus vanité, elle sera la vérité.

« J'ai dit au rire, tu es folie; et au plaisir, que vaut ce que tu fais? » *Eccl.* II, 2. Où nous lisons *folie*, l'hébreu porte MOLAL מהולל, qu'Aquila rend par πλάνησιν, c'est-à-dire, *erreur*, et Symmaque par τόρυβον, c'est-à-dire, *tumulte*. Les Septante et Théodotion, d'accord sur ce point comme sur bien d'autres, traduisent par περιφορὰν, que nous pouvons exprimer du mot au mot par *tourbillonnement*. Comme ceux qui tourbillonnent à tout vent de doctrine, sont sans stabilité et flottent en sens divers; *Ephes.* IV; ainsi ceux qui éclatent de ce rire dont le Seigneur dit dans l'Evangile qu'il sera changé en gémissements, *Luc.* VI, 25, sont emportés par l'erreur dans le tourbillon du siècle, ne comprenant pas l'écroulement de leurs péchés, et ne pleurant pas sur leurs fautes passées; ils s'imaginent que des biens éphémères sont éternels, ils tressaillent de joie en ce qui ne mérite que des larmes. On peut également appliquer ce passage aux hérétiques, qui acquiescent à des dogmes erronés, et se promettent les félicités du ciel.

« Je résolus en mon cœur de plonger ma chair

dum laborem jugi meditatione et studio provenire.

« Dixi ego in corde meo : Veni nunc, tentabo te in lætitia, et videbo in bono; et ecce etiam hoc vanitas. » *Eccl.* II, 1. Postquam in multitudine sapientiæ et adjectione scientiæ, laborem et dolorem esse deprehendi, et nihil aliud, nisi cassum et sine fine certamen, transtuli me ad lætitiam, ut luxu fluerem, congregarem opes, divitiis abundarem, et perituras voluptates caperem, antequam morerer. Sed et in hoc vanitatem meam ipse perspexi, dum præterita voluptas præsentem non juvat, et exhausta non satiat. Non solum autem corporalis lætitia, sed etiam spiritualis est tentatio possidenti, ut indigeam corripiente me stimulo et angelo Satanæ, qui me colaphizet, ne elever. » II *Cor.* XII, 7. Unde et Salomon : « Divitias, » inquit, « et paupertatemne dederis mihi; » *Prov.* XXX, 8; statimque subdidit : « Ne satiatus mendax fiam et dicam : Quis me conspicit ?» *Ibid.* 9. Siquidem et diabolus per bonorum abundantiam concidit. Unde et in Apostolo scriptum est : « Ne in superbiam elatus, in judicium incidat diaboli, » I *Tim.* III, 6, id est, in tale judicium, in quo etiam diabolus incidit. Sed et hoc possumus dicere, propterea nunc lætitiam spiritualem, sicut et cætera, vanitatem pronuntiari, quod per speculum eam videamus et et in ænigmate; cum autem facie ad faciem fuerit revelata, tunc eam nequaquam vanitatem, sed veritatem vocari.

« Risui dixi amentiam, et jocunditati : Quid hoc facis? » *Eccl.* II, 2. Ubi nos « amentiam » legimus, in Hebræo habet MOLAL מהולל, quod Aquila πλάνησιν, id est, « errorem, » Symmachus θόρυβον, hoc est « tumultum, » interpretati sunt. Septuaginta vero et Theodotio, sicut in pluribus locis, ita et in hoc quoque concordant, et transtulerunt περιφορὰν, quam nos, verbum de verbo exprimentes, « circumlationem » possumus dicere. Quomodo igitur hi, qui circumferuntur omni vento doctrinæ, instabiles sunt et in diversa fluctuant; *Ephes.* IV, 14; sic qui illo risu cachinnant, quem Dominus in Evangelio, *Luc.* VI, 25, fletu dicit mutandum, errore sæculi raptantur et turbine, non intelligentes ruinam peccatorum suorum, neque præterita vitia plangentes; sed putantes brevia bona esse perpetua, et in his exsultantes quæ magis digna sunt planctu. Potest hoc et de hæreticis accipi, qui falsis dogmatibus acquiescentes, læta sibi et prospera repromittunt.

« Consideravi in corde meo, ut traherem in vino car-

dans l'ivresse, et mon cœur me conduisit à la sagesse et à la domination sur l'imprudence, qui me fit voir ce qu'il est bon pour les fils des hommes de faire sous le soleil pendant les jours de leur vie. » *Eccl.* II, 3. J'ai voulu abandonner ma vie aux délices, délivrer ma chair de tous soucis, et l'endormir dans les voluptés, comme on s'endort dans l'ivresse du vin ; ma pensée et le bon sens naturel, que le Dieu créateur a caché au sein des pécheurs eux-mêmes, m'ont détourné pour me conduire à rechercher la sagesse en foulant aux pieds la sottise, afin que je visse ce qu'il est bon pour les hommes de faire pendant le cours de leur vie. Salomon compare élégamment la volupté à l'ivresse. Si cette ivresse paralyse les forces de l'âme, celui qui saura l'échanger contre la sagesse, et, comme le disent quelques recueils, *obtenir la joie* spirituelle, pourra aussi parvenir à la science de cette vie, c'est-à-dire, à savoir ce qu'il doit rechercher et ce qu'il doit fuir.

« J'ai fait faire des ouvrages magnifiques ; j'ai bâti des maisons, j'ai planté des vignes, » et le reste jusqu'à ces mots : « La tête seule du sage a des yeux, et l'insensé marche dans les ténèbres. » *Eccl.* II, 4-14. Avant de traiter chaque point séparément, il me parait utile d'embrasser l'ensemble dans un court aperçu, de faire comme un seul corps du sens général, afin de faciliter l'intelligence des pensées de l'auteur. Toutes les choses qui passent ici-bas pour des biens, comme roi et roi puissant, je les ai eues. J'ai peuplé de mes palais les hauteurs, j'ai couvert de vignes les montagnes et les collines. Afin que rien ne manquât à ce luxe, j'ai fait des jardins et des vergers, où j'ai planté toutes sortes d'arbres, et par-dessus, des réservoirs d'eau pour arroser mes plants, dont la verdure devait être plus longtemps entretenue par une continuelle fraîcheur. La multitude des esclaves, achetés ou nés dans mes demeures, a été innombrable ; j'ai eu des troupeaux de bestiaux, bœufs ou brebis, plus nombreux qu'aucun roi de Jérusalem ne les eut avant moi. J'ai amassé des trésors incalculables d'or et d'argent, au moyen des présents de cent rois et des tributs de mes peuples. Il est advenu de là que l'excès de tant de biens m'a poussé vers les plus grandes délices ; j'ai eu des chœurs de musiciens et de musiciennes mariant leurs voix aux accords de la flûte et de la lyre, et des esclaves des deux sexes pour servir mes festins. Plus ce luxe allait croissant, et plus s'éloignait la sagesse. En quelque volupté que m'entraînât la passion, indocile à tout frein, je m'y précipitais, et je pensais que le fruit de mes travaux était de me consumer moi-même dans les déréglements et la luxure. Enfin, rentrant en moi-même et comme au réveil d'une profonde léthargie, j'ai tourné les yeux vers les ouvrages de mes mains, et je les ai vus pleins de souillure, pleins de l'es-

nem meam, et cor meum deduxit me in sapientiam, et ut obtinerem in stultitiam, donec viderem quid esset bonum filiis hominum, quod facerent sub sole numero dierum vitæ suæ. » *Eccl.* II, 3. Volui vitam tradere deliciis, et carnem meam ab omnibus curis liberare, et quasi vino, sic voluptate sopire ; sed cogitatio mea et ratio naturalis, quam etiam peccatoribus Deus auctor inseruit, retraxerunt me et deduxerunt ad sapientiam requirendam stultitiamque calcandam, ut viderem quidnam illud esset boni, quod homines in vitæ suæ possent agere curriculo. Eleganter autem voluptatem ebrietati comparavit. Siquidem ebrietas evertit animi vigorem, quam qui potuerit sapientia commutare, et (ut in quibusdam codicibus habetur) « obtinere lætitiam » spiritualem, is poterit ad scientiam rei istius pervenire, quid in hac vita appetendum sit, quid vitandum.

« Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, plantavi mihi vineas, » et cætera usque ad eum locum, in quo ait : « Sapientis oculi in capite ejus, et stultus in tenebris ambulat. » *Eccl.* II, 4-14. Antequam de singulis disseram, videtur mihi utile brevi cuncta sermone comprehendere, et quasi in unum corpus sensum redigere, ut possint facilius intelligi, quæ dicuntur. Omnia quæ putantur in sæculo bona, quasi rex et potens habui. Ædificavi mihi in excelsum palatia, vitibus montes collesque consevi. Et ne quid deesset ad luxum, hortos mihi pomariaque plantavi, diversas arbores instituens, quas collectæ in piscinas aquæ desuper irrigarent, ut longius viror humore perpeti nutriretur. Servorum quoque sive emptorum, sive vernaculorum, mihi fuit innumerabilis multitudo, et quadrupedum greges multi, boum scilicet et ovium, quantum nullus ante me rex habuit in Jerusalem. Sed et thesauri argenti et auri innumerabiles condebantur, quos mihi diversorum regum munera et gentium tributa contulerant. Unde et accidit, ut nimiis opibus ad majores delicias provocarer, et musicarum artium chori mihi tibia, lyra, voce concinerent, et uterque sexus in conviviis ministraret ; sed quanto ista crescebant, tanto sapientia deerat. Nam in quamcumque voluptatem me cupido traxisset, infrenis ferebar et præceps, putabamque hunc esse fructum laborum meorum si ipse in libidine luxuriaque consumerer. Tandem in

prit d'erreur. De tous les biens selon l'opinion de ce monde, je n'en ai trouvé aucun qui soit un bien. Faisant donc en ma pensée le compte des biens de la sagesse et des maux de la folie, j'ai, comme conséquence, formé la louable résolution de rejeter le fardeau de mes vices, afin de pouvoir marcher dans la voie des vertus. Or, la distance est immense entre la sagesse et la sottise, et les vertus diffèrent des vices comme la lumière des ténèbres. Celui qui suit la sagesse me paraît avoir toujours les yeux au ciel, le front tourné vers les célestes demeures, pour ne contempler que les biens qui sont au-dessus de sa tête. Au contraire, l'insensé, esclave de ses vices, passe sa vie dans les ténèbres et se vautre dans le bourbier de l'ignorance. « J'ai glorifié mes œuvres, » etc. Il glorifie ses œuvres, celui-là seul qui s'élève vers le ciel à l'exemple de son créateur; qui bâtit des maisons, afin que le Père et le Fils et le Saint-Esprit y viennent et les habitent; qui plante des vignes auxquelles Jésus attache son ânesse.

« J'ai fait des jardins et des vergers, où j'ai planté toutes sortes d'arbres fruitiers. » *Eccl.* II, 5. Dans la maison du riche il n'y a pas seulement des vases d'or et d'argent, mais aussi de bois et de terre. II *Tim.* II, 20. On établit également des jardins pour les débiles et les faibles; puisque celui qui est faible ne mange que des légumes. *Rom.* XIV, 2. On plante des arbres, non point *tous fruitiers*, comme le portent les recueils latins, mais *de tout fruit*, c'est-à-dire, donnant les diverses espèces de produits et de fruits, parce que les grâces sont diverses dans l'Eglise, que l'œil est un membre distinct, et la main aussi, et le pied aussi, et que nous honorons davantage ce qui est moins honorable en soi-même. I *Corinth.* XII, 24. Entre ces arbres à fruit, j'estime que le premier rang appartient à l'arbre de vie, qui est la sagesse. S'il ne fait point partie du verger, tous les autres plants sécheront.

« J'ai fait des réservoirs d'eaux, pour arroser les plants venus des forêts. » *Eccl.* II, 6. Les plants sauvages, les plants venus des forêts, qui ne sont pas à fruit, qui ne donnent pas des fruits pour la table, ne sont pas nourris par la pluie du ciel, par les eaux d'en haut, mais par celles que les rigoles réunissent dans les réservoirs. L'Egypte, basse et unie comme un jardin potager, est arrosée par les eaux terrestres qui viennent d'Ethiopie. Au contraire, la Terre promise, montueuse, élevée, attend du ciel la pluie des saisons et la rosée du soir.

« J'ai acheté des esclaves des deux sexes, et il m'en est né dans mes demeures; et j'ai eu un grand nombre de bestiaux et de brebis. » *Eccl.*

memet reversus, et quasi de gravi somno evigilans, aspexi ad (al. *et*) manus meas, et opera mea plena vanitatis, plena sordium, plena spiritu erroris intuitus sum. Nihil enim, quod in mundo putabatur bonum, bonum potui reperire. Reputans igitur quæ essent sapientiæ bona et quæ stultitiæ mala, consequenter in laudem illius hominis erupi, qui post vitia se refrenans, virtutum possit esse sectator. Magna quippe distantia est inter sapientiam et stultitiam, et quantum dies distat a nocte, tantum virtutes a vitiis separantur. Videtur mihi itaque qui sapientiam sequitur, oculos in cœlum semper erigere, et in sublime os habere surrectum, eaque quæ supra suum verticem sunt contemplari; qui vero stultitiæ et vitiis deditus sit, versari in tenebris et in rerum ignorantia volutari. « Magnificavi opera mea. » etc. Magnificat opera sua, qui juxta imaginem conditoris in superna sustollitur, et ædificat domos, ut veniant Pater et Filius et Spiritus sanctus, et habitent in eis, et plantat vineas, ad quas Jesu liget asinam suam.

« Feci mihi hortos et pomaria, plantavi in illis lignum omne fructiferum. » *Eccl.* II, 5. In domo divitis non solum aurea vasa sunt et argentea, sed et lignea et fictilia. II *Tim.* II, 20. Fiunt igitur et horti propter imbecilliores quosque et infirmos. Nam qui infirmus est, oleribus vescitur. *Rom.* XIV, 2. Plantantur arbores, non « omnes fructiferæ, » ut in Latinis codicibus habemus ; sed « omnis fructus, » hoc est, diversarum frugum atque pomorum, quia diversæ sunt gratiæ in Ecclesia, et alius est oculus, alius manus, alius pes, et quæ verecundiora nostra sunt, his majorem honorem circumdamus.» I *Cor.* XII. 25. Inter quas frugiferas arbores æstimo tenere primatum lignum vitæ, quod est sapientia. Nisi enim in medio illa plantetur, ligna cætera siccabuntur.

« Feci mihi piscinas aquarum, ad irrigendum ex eis saltum germinantem lignum. » *Eccl.* II, 6. Ligna saltuum, ligna silvarum, quæ non sunt frugifera, quæ poma non afferunt, non aluntur imbre cœlesti, non supernis aquis, sed his quæ in piscinas de rivulis colliguntur. Nam Ægyptus humilis et jacens, quasi hortus olerum, terrenis et de Æthiopia venientibus aquis irrigatur ; terra vero repromissionis, quæ montuosa est et erecta, temporaneam et serotinam pluviam exspectat e cœlo.

« Mercatus sum servos et ancillas, et vernaculi fuerunt mihi, et quidem possessio armenti et ovium multa fuit mihi. » *Eccl.* II, 7. Si volumus Ecclesiasten, ut supra

II, 7. Si nous voulons voir dans l'Ecclésiaste, comme nous l'avons indiqué déjà, le rôle de Jésus-Christ, nous pouvons appeler ses esclaves achetés ceux qui ont l'esprit de crainte à son service, et qui désirent les biens spirituels plus qu'ils ne les possèdent. Les esclaves achetés sont les âmes qui sont encore enchaînées au corps et à la terre. Les esclaves nés dans la demeure du maître sont membres de l'Eglise, il est vrai, et précèdent les esclaves des deux sexes, dont nous venons de parler; toutefois, ils n'ont pas encore reçu du Seigneur la liberté et le droit de cité D'autres encore vivent dans la famille de l'Ecclésiaste, à l'instar des bœufs et des moutons, eu égard à leurs œuvres et à leur simplicité; sans comprendre, sans connaître les Ecritures, ils travaillent dans l'Eglise, et ils n'en sont pas encore arrivés au point de mériter d'être hommes et d'être regardés comme les images du Créateur. Observez avec soin qu'on ne dit pas multitude au sujet des esclaves achetés et de ceux qui sont nés dans la maison du maître, tandis que pour les bœufs et les moutons il est dit : « J'ai un grand nombre de bestiaux et de brebis. » En effet, il y a dans l'Eglise plus de bœufs que d'hommes; plus de moutons, que d'esclaves achetés ou nés dans la maison. Quant à ces mots de la fin :

« J'ai surpassé tous ceux qui ont été avant moi en Jérusalem, » ce ne serait pas une grande gloire pour Salomon d'avoir été plus riche que le seul roi son père, puisqu'au temps de Saül, il n'y avait pas encore de roi en Jérusalem, occupée par les Jébuséens depuis longtemps maîtres de la ville. Il faut donc chercher plus haut une autre Jérusalem, et s'expliquer d'une autre manière comment l'Ecclésiaste a été plus riche que tous les rois qui l'y ont précédé.

« J'ai amassé une grande quantité d'or et d'argent, et ce qu'il y avait de plus précieux dans les présents des rois et dans les provinces. J'ai eu des musiciens et des musiciennes, et tout ce qui fait les délices des enfants des hommes; j'ai eu pour mes festins des serviteurs et des servantes. » *Eccl.* II, 8. L'Ecriture sainte emploie toujours les mots or et argent dans une acception au-dessus de la lettre et du sens littéral. Dans le psaume soixante-sept, la colombe, figure de l'Esprit saint, a des ailes argentées visibles aux yeux du corps, et cache profondément le sens mystique sous le pâle éclat de l'or. Il a rassemblé dans l'Eglise des fidèles les richesses des rois et des provinces ou des campagnes : de ces rois que chante ainsi le psalmiste : « Les rois de la terre se tinrent debout, et les princes formèrent une même assemblée; » *Psalm.* II, 2; de ces campagnes vers lesquelles le Sauveur a ordonné de lever les yeux, parce qu'elles blanchissent et sont prêtes pour la moisson. *Joan.* IV, 35. On peut aussi voir dans les richesses des rois les dogmes des philosophes, les sciences humaines; le disci-

diximus, etiam nunc ad Christi referre personam, possumus servos ejus dicere, qui habeant spiritum timoris in servitute, et spiritualia magis desiderant quam teneant; ancillas vero eas animas appellare, quæ adhuc corpori terræque sunt deditæ. Vernaculos quoque illos qui sunt quidem de Ecclesia, et servos, et ancillas, de quibus diximus, antecedunt; necdum tamen libertate donati sunt, nec nobilitate a Domino. Sunt autem et alii in familia Ecclesiastæ, instar boum et ovium, propter opera et simplicitatem; qui absque ratione et scientia Scripturarum laborant quidem in Ecclesia, sed necdum ad id pervenere, ut homines esse mereantur et redeant ad imaginem conditoris. Diligentius nota quod in servis et ancillis et vernaculis multitudo non additur, in bobus vero et ovibus dicitur, « possessio armenti et ovium multa fuit mihi.» Plura quippe in Ecclesia armenta, quam homines ; plures oves, quam servi,» ancillæ atque vernaculi. Illud vero, quod in fine dicitur : « Super omnes, qui fuerunt ante me in Jerusalem,» non ad grandem gloriam pertinet Salomonis, uno patre suo rege se ditiorem fuisse, quia sub Saule, necdum regnabatur in Jerusalem, et a Jebusæis, qui ipsi urbi insederant, tenebatur. Altius itaque tractandum, quæ sit Jerusalem : et quomodo Ecclesiastes, ante omnes, qui se præceserunt reges in Jerusalem, ditior fuerit.

« Congregavi mihi argentum, et aurum, et substantias regum et provinciarum. Feci mihi cantores et cantatrices, et delicias filiorum hominum, ministros vini et ministras. » *Eccl.* II, 8. Argentum et aurum semper Scriptura divina super sermone ponit et sensu. Unde et in sexagesimo septimo psalmo, columba quæ interpretatur in spiritu, manifestiores et visui expositas alas deargentatas habet, occultiorem vero intrinsecus sensum in auri pallore operit. Regum autem substantias et provinciarum sive regionum, in credentium congregavit Ecclesiam : illorum regum, de quibus psalmista canit : « Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum; » *Psalm.* II, 2 ; illarumque regionum in quas oculos levari Salvator præcepit, quia jam candeant ad metendum. *Joan.* IV. Possunt regum substantiæ et philosophorum dici dogmata, et scientiæ sæculares, quas Ecclesiasticus vir diligenter intelligens apprehendit sapientes in astutia eorum, et perdit sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium

ple de Jésus-Christ les a connues, et il a convaincu les sages d'artifice; Dieu a rejeté la sagesse des sages, et la science des savants. I *Corinth.* 19. Les chanteurs et les chanteuses sont ceux ou celles qui chantent en esprit et en âme. Le chanteur, en tant qu'homme et robuste et spirituel, chante les hautes vérités. La chanteuse se débat encore autour de la matière que les Grecs appellent ὕγην; elle ne peut pas hausser son hymne aux chants sublimes. Partout où l'Ecriture écrit femme et sexe faible, il faut voir une allusion à la matière. Ainsi Pharaon, qui proscrit tous les mâles, ne proscrit pas les femmes, qui sont voisines de la matière; *Exod.* I; au contraire, on nous raconte fort rarement que quelqu'un des saints ait engendré des filles. Salphaath seul, qui mourut dans l'impénitence, n'engendra que des filles. *Num.* XXV. Parmi les patriarches, Jacob est père d'une fille, et il court un grand danger à cause d'elle. *Genes.* XXX. Au-dessus des délices des enfants des hommes il faut aussi voir une figure de la sagesse, qui à l'instar du paradis a de riches vergers et des jouissances sans nombre. C'est d'elle qu'il est dit : « Réjouissez-vous dans le Seigneur, et il exaucera les désirs de votre cœur; » *Psalm.* XXXVI, 4; et ailleurs : « Vous les abreuverez du torrent de votre volupté. » *Psalm.* XXXVIII, 2. Au sujet des verseurs et des *verseuses* de vin (pour distinguer d'avec le masculin, je forge une déclinaison féminine, que le latin n'admet pas), Aquila donne une interprétation qui ne se justifie pas sur-le-champ. Il n'établit pas de distinction dans le sexe de ceux qui servent, mais dans la forme des vases à boire, faisant correspondre κυλίκιον et κυλίκια aux mots hébreux SADDA שדה et SADDOTH שדות. Enfin Symmaque, bien qu'il n'ait pu traduire en allant du mot au mot, n'est pas loin de cette opinion, quand il dit : « L'ornement des tables et les services. » Il serait donc à croire que les cruches, ou les bassins, ou les vases qui sont disposés sur les tables, Salomon les possédait ornés d'or et de pierres précieuses; et qu'il puisait lui-même dans un κυλίκιον, ou grand vase, avec d'autres κυλίκια, ou petits vases, tandis que la foule des convives recevait la boisson des mains des serviteurs. Puisque l'Ecclésiaste est pour nous la figure de Jésus-Christ, et que la sagesse dans les Proverbes invite les passants à boire du vin qu'elle a mêlé dans sa coupe, nous devons regarder ici le corps du Seigneur comme figuré par le grand vase dans lequel la divinité n'est pas sans mélange, comme elle est au ciel, mais à cause de nous est tempérée par son union à la nature humaine; et c'est par les Apôtres, que représentent les vases plus petits, que la sagesse a été distribuée pour les fidèles dans tout l'univers.

« J'ai été glorifié, et j'ai surpassé en sagesse tous ceux qui furent avant moi en Jérusalem; et ma

reprobat. I *Cor.* 19. Cantores quoque et cantatrices, illi vel illæ sunt, qui psallunt spiritu, psallunt et mente. Cantator quasi vir et robustus et spiritualis de altioribus canit. Cantatrix vero adhuc circa materiam volutatur, quam Græci ὕγην vocant; nec potest vocem suam in sublime tollere. Ubicumque ergo in Scripturis femina legitur et sexus fragilior, ad materiæ intelligentiam transferamus. Unde et Pharao non vult masculos vivificari, sed tantum feminas, quæ materiæ sunt vicinæ. *Exod.* I. Et e contrario nullus Sanctorum, nisi perraro, feminas genuisse narratur. Solusque Salphaath, qui in peccatis mortuus est, omnes filias genuit. *Num.* XXV. Jacob inter duodecim Patriarchas, unius filiæ pater est, et ob ipsam periclitatur. *Gen.* XXX. Deliciæ quoque filiorum hominum super sapientia intelligendæ, quæ ad instar paradisi habet pomaria varia et multiplices voluptates. Et de ipsa præcipitur : « Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui; » *Psal.* XXVI, 4; et in alio loco : « Torrente voluptatis tuæ potabis eos. » *Psal.* XXXVIII, 2. Nam de vini fusoribus et vini fusitricibus (ad distinctionem quippe nunc masculini, feminino genere volui declinare, quod Latinus sermo non recipit) aliud multo, quam in promptu est, Aquila interpretatur. Non enim homines, viros videlicet et feminas, sed vasculorum species nominavit, κυλίκιον et κυλίκια vocans, quod Hebraice dicitur SADDA שדה et SADDOTH שדות. Denique Symmachus, licet verbum non potuerit exprimere de verbo, ab hac opinione non longe est, dicens : « Mensarum species et appositiones » Sive igitur urceos, sive scyphos, sive crateres, qui in ministeriis ordinantur, auro gemmisque distinctos Salomonem habuisse credendum est; et quod ex uno κυλικίῳ, id est, « cratere, » κυλικίοις, minoribus scilicet « vasculis, » hauriretur; et per ministrorum manus potantium vinum turba susciperet. Quia igitur Ecclesiasten interpretamur in Christo, et sapientia in cratere mixto in Proverbiis prætereuntes ad se convocat, Corpus Domini nunc craterem magnum debemus accipere, in quo non meraca Divinitas, ut in cœlestibus fuit, sed propter nos humanitate media temperata est, et per Apostolos, minora κυλίκια, scyphos parvulos et crateras, in toto orbe credentibus effusa sapientia est.

sagesse ne m'a point abandonné. » *Eccl.*, II, 9. L'Ecclésiaste glorifié ne paraît avoir aucun rapport avec le Seigneur, à moins que nous lui appliquions cette parole : « Il croissait en sagesse, et en âge, et en grâce. » *Luc.* II, 52; et encore : « C'est pourquoi Dieu l'a élevé. » *Philip.* II, 9. Par ces mots : « Ceux qui furent avant moi en Jérusalem, » il désigne ceux qui, avant sa venue, gouvernèrent l'assemblée des saints et l'Eglise. Selon l'esprit des Ecritures, Jésus-Christ est le plus riche entre tous les riches; selon la chair, il s'agit ici plutôt de la Synagogue que de l'Eglise. Il a donc levé le voile qui avait été posé sur le visage de Moïse, *Exod.* XXXIV, et il nous a donné de contempler son visage dans toute sa gloire, II *Corinth.* III. Quand il dit que la sagesse ne l'a point abandonné, le sens est que la sagesse est demeurée la même en lui alors même qu'il s'est mis dans la chair. En celui qui fait des progrès dans la sagesse, elle ne demeure pas la même; celui qui ne progresse pas, qui n'a pas d'accroissement et qui est toujours dans la plénitude, peut dire : « La sagesse est demeurée la même en moi. »

« Je n'ai rien refusé à mes yeux de tout ce qu'ils ont désiré; je n'ai interdit à mon cœur aucune joie, et il s'est réjoui dans tout mon travail. Tel a été pour moi le fruit de tout mon travail. » *Eccl.*, II, 10. Les yeux de l'âme, les regards de l'esprit recherchent la contemplation spirituelle, et le pécheur qui l'ignore, interdit à son cœur la véritable joie. L'Ecclésiaste s'adonna tout entier à cette contemplation et compensa par une gloire éternelle le léger fardeau des ennuis supportés dans le temps. La gloire éternelle est notre part, notre récompense impérissable, si nous la méritons par nos vertus.

« Je tournai les yeux vers les ouvrages de mes mains et sur les peines qu'ils m'avaient coûtées pour les faire. » *Eccl.*, II, 11. Celui qui fait tout avec diligence et précaution peut parler ainsi.

« Et voilà que tout est vanité parmi les désirs de l'esprit. Il n'y a rien de solide sous le soleil. » *Eccl.*, II, 12. Il a constaté le néant de toute autre chose sous le soleil, et il en est de même de nos volontés diverses. « Il n'y a rien de solide sous le soleil. » *Psalm.* XVIII, 6. C'est dans le soleil que Jésus-Christ a mis son tabernacle. Il ne peut donc habiter ni porter l'abondance en celui qui n'a pas encore atteint la clarté, l'ordre et la stabilité du soleil.

« J'ai regardé pour voir la sagesse, les erreurs et la sottise : quel est l'homme en en effet qui peut marcher sur les traces de son roi et de son créateur? » *Eccl.*, II, 13. Plus haut, jusqu'à cet endroit de l'Ecriture : « La tête seule du sage a des yeux, » j'avais réuni l'ensemble dans un aperçu succinct, afin d'indiquer le sens général

« Et magnificatus sum, et adjeci sapientiam super omnes qui fuerunt ante me in Jerusalem; et quidem sapientia mea stetit mihi. » *Eccl.* II, 9. Magnificatum Ecclesiasten, minime videtur Domino convenire, nisi forte ei illud aptemus : « Proficiebat sapientia et ætate et gratia. » *Luc.* II, 52; Et : « Propter quod illum Deus exaltavit. » *Phil.* II, 9. Quod autem ait : « Qui fuerunt ante me in Jerusalem, » de his dicit, qui ante adventum suum, congregationem Sanctorum et Ecclesiam gubernarunt. Si spiritualiter intelligimus Scripturas, ditior est Christus omnibus (al. *ab hominibus*); si tantum carnaliter, melius intelligitur Synagoga, quam Ecclesia. Tulit ergo velamen, quod fuit positum super vultum Moysi, *Exod.* XXXIV, et pleno lumine faciem ejus videre nos fecit. II *Cor.* III. Porro stetisse sapientiam sibi, ille sensus est, quod etiam in carne posito sibi permanserit sapientia. Qui profectum habet in sapientia, non ei stat sapientia; qui autem non recipit profectum, nec per momenta succrescit, sed semper in plenitudine est, iste dicere potest : « Et stetit mihi sapientia. »

« Et omne quod postulaverunt oculi mei, non tuli ab eis, nec prohibui cor meum ab omni lætitia, quia cor meum lætatum est in omni labore meo. Et hæc fuit portio mea ex omni labore meo. » *Eccl.* II, 10. Oculi animæ et mentis intuitus contemplationem desiderant spiritualem, quam peccator ignorans, prohibet a vera jocunditate cor suum. Huic ergo se Ecclesiastes totum dedit, et leve tribulationis (al. *leves tribulationes*) in sæculo æterna gloria compensavit. Hæc enim portio nostra est præmiumque perpetuum, si hic pro virtutibus laboremus.

« Et respexi ego ad omnia opera mea, quæ fecerant manus meæ, et in labore quo laboraveram faciens. » *Eccl.* II, 2. Qui cum diligentia et cautione agit universa, hæc potest dicere.

« Et ecce omnia vanitas et voluntas spiritus. Et non est abundantia sub sole. » *Eccl.* II, 12. Quomodo in cæteris vilia cuncta reputavit, quæ sub sole sunt, et pro voluntatum varietate diversa. « Et non est abundantia sub sole. » *Psal.* XVIII, 6. Christus in sole posuit tabernaculum suum. Itaque qui necdum ad solis claritatem, ordinem, constantiamque pervenit (al. *pervenerit*), in hoc Christus nec habitare poterit, nec abundare.

« Et respexi ego, ut viderem sapientiam, et errores et stultitiam, quia quis est hominum, qui possit ire post

en peu de mots, et à cause de cela j'ai rapporté quelques passages au sens mystique; je dois maintenant reprendre d'après mon plan primitif. En effet, dans ce passage, le sens est très-différent de l'interprétation des Septante. L'Ecclésiaste dit : Après les délices et les voluptés coupables, je suis revenu à la recherche de la sagesse, dans laquelle j'ai trouvé plus d'erreur et de sottise que de prudence véritable et certaine. C'est qu'il n'est pas possible à l'homme de découvrir les raisons des œuvres du Créateur son roi aussi clairement que celui-ci les connaît lui-même, parce qu'il a créé. Notre science consiste en opinions plutôt qu'en certitudes, en conjectures plutôt qu'en connaissances; cela est rigoureusement vrai.

« J'ai vu que l'abondance de la sagesse est au-dessus de la sottise autant que l'abondance de la lumière est au-dessus des ténèbres. » *Eccl.*, II, 14. Bien que j'aie vu, dit-il, que la sagesse des hommes est mêlée d'erreur, et qu'elle ne peut se révéler à nos esprits avec toute la clarté qu'elle a dans notre roi et créateur, toutefois, telle qu'elle est, je reconnais qu'il y a une différence aussi grande entre elle et la sottise qu'entre le jour et la nuit, la lumière et les ténèbres.

« La tête du sage a seule des yeux, et l'insensé marche dans les ténèbres. Et j'ai reconnu que le même dénouement les attend l'un et l'autre. » *Eccl.*, II, 15. L'homme parvenu à la perfection et qui a mérité que Jésus-Christ soit sa tête, a ses yeux toujours tournés vers Jésus-Christ, et les levant au ciel, n'a pas de pensée pour les choses d'ici-bas. Puisqu'il en est ainsi, puisque, en raison de la distance qui les sépare, on compare le sage au jour et l'insensé aux ténèbres, puisqu'enfin l'un a les yeux levés au ciel quand l'autre les tient enchaînés à la terre, je me suis demandé soudain pourquoi le sage et l'insensé sont également soumis au trépas, pourquoi les mêmes maladies, les mêmes vicissitudes, la même mort, les mêmes angoisses sont réservées à l'un et à l'autre.

« Et j'ai dit en moi-même : Dès que l'événement qui attend l'insensé m'attend aussi, de quoi me sert d'être devenu sage? Mais ensuite, discutant cette pensée en mon esprit, j'en ai vu la vanité. La mémoire du sage ne sera pas la même que celle de l'insensé dans l'éternité, lorsque, dans les jours qui viendront, l'oubli couvrira toutes choses. Comment le sage pourrait-il mourir comme l'insensé? » *Eccl.*, II, 16. J'ai dit : Le sage et l'insensé, le juste et l'impie mourront également, ils supporteront en ce monde les mêmes maux par une semblable destinée; de quoi donc me sert d'avoir saisi la

regem atque factorem suum. ? » *Eccl.* II, 13. Quia in superioribus usque ad eum locum in quo Scriptura ait : « Sapientis oculi in capite ejus, » uno cuncta sermone comprehenderam, volens sensum breviter indicare, et ob id rursum secundum ἀναγωγὴν, aliqua perstrinxeram, nunc juxta id quod cœperam, exponere debeo. Multum enim a Septuaginta interpretatione in hoc loco diversus est sensus. Dicit autem se, post delicias voluptatesque damnatas, revertisse ad sapientiam perquirendam, in qua plus erroris stultitiæque repererit, quam veræ certæque prudentiæ. Non enim posse hominem tam liquido et pure scire sapientiam creatoris et regis sui, quam scit ille, qui conditor est. Itaque, et illa quæ novimus, opinari nos potius quam tenere, et æstimare magis quam scire, quod verum est.

« Et vidi ego, quia est abundantia sapientiæ super stultitiam, sicut abundantia lucis super tenebras. » *Eccl.* II, 14. Licet inquit, ipsam hominum sapientiam mixtam errore perviderim, nec tam pura in nostros animos illabi posse, quam est in rege et conditore nostro, tamen magnam etiam in eo quod est differentiam inter illam et stultitiam esse cognovi, quantum potest distare dies a nocte, lumen a tenebris.

« J'ai vu sous le soleil l'iniquité à la place de l'équité; et j'ai dit en moi-même : Dieu jugera le et juste l'injuste, et le temps, qui est ici-bas à toute volonté, sera venu d'apprécier toute œuvre. » *Eccl.* III, 17. Le sens est manifeste, mais il est caché sous le voile de l'interprétation. J'ai cherché, dit-il, la vérité et la justice en ce monde, et j'ai trouvé, dans les décisions des juges, la vénalité au lieu de la vérité. Ou encore : Je croyais qu'il existait quelque justice sur cette terre, et que le juste y recevait la récompense de son mérite, et l'injuste le châtiment de son crime ; j'ai vu que c'est le contraire qui a lieu. Le juste souffre des maux sans nombre, et l'impie est puissant par son crime. J'ai donc fait de mûres réflexions à ce sujet, et j'ai compris que Dieu ne juge pas maintenant chaque action à part et chacun en particulier, et qu'il réserve sa décision pour l'autre vie, afin que le jugement soit égal pour tous et que chacun reçoive selon ses intentions et selon ses œuvres. C'est là ce qu'il dit : « Le temps, qui est ici-bas à toute volonté, sera venu d'apprécier toute œuvre ; » c'est-à-dire, au jugement, lorsque Dieu siégera sur son tribunal, la vérité éclatera, tandis que maintenant l'injustice règne dans le monde. Nous lisons une maxime semblable dans le livre intitulé la Sa-

sunt, jam fuerunt; et Deus quæret eum qui persecutionem patitur. » *Eccl.* III, 16. Vel præterita, vel præsentia, vel futura ipsa et sunt, et erunt universa, quæ cernimus. Sol qui nunc oritur, et antequam essemus nos in mundo, fuit, et postquam mortui fuerimus, oriturus est. Solem autem nominavimus, ut ex hoc intelligamus et cætera esse eadem, quæ fuerunt. Quod si videantur per conditionem mortis perire, non pereunt, quia rursum rediviva succrescunt, et nihil in perpetuum interit, sed renascitur, et quasi cum quodam fenore reviviscit. Hoc est enim quod ait : « Et Deus quæret eum, qui persecutionem patitur; » quod Græce melius dicitur καὶ ὁ Θεὸς ζητήσει τὸν διωκόμενον, id est, quod præteriit, quod expulsum est, quod esse cessavit. Si autem istud de cunctis quæ in mundo sunt, dicitur, de homine nulla dubitatio est, quin mortuus renascatur. Si cui autem placet quasi proprio legere principio : « Et Deus quærct eum, qui persecutionem patitur, » utatur hoc testimonio in persecutione gentilium, ad consolandum eum qui in martyrio perseverat. Et quia omnes juxta Apostolum, II *Tim.* III, 12, qui pie volunt vivere in hoc sæculo, persecutionem patiuntur, habeant consolationem, quia Deus quærit persecutionem patientem, sicut requirit sanguinem interfecti, et venit quærere quod perierat, et errantem ovem suis humeris ad gregem reportavit. *Luc.* XV, 15.

« Et adhuc vidi sub sole locum judicii ibi impietas, et locum justitiæ ibi iniquitas. Dixi ego (al. *ergo*) in corde meo : J‥tum et impium judicabit Deus, quia tempus omni voluntati super omne factum ibi. » *Eccl.* III, 17. Manifestus est sensus, sed nubilo interpretationis obvolvitur. Sub sole, inquit, isto veritatem et judicium requisivi, et vidi etiam inter judicium ipsa subsellia, non veritatem valere, sed munera. Sive aliter : Arbitratus sum aliquid justitiæ in præsenti sæculo geri, et vel pium pro suo nunc merito recipere, vel impium pro suo scelere puniri; et e contrario reperi, quam putabam. Vidi enim et justum multa mala hic perpeti, et impium regnare pro scelere. Postea vero cum corde meo colloquens et reputans, intellexi, non per partes Deum et per singulos nunc judicare, sed in futurum tempus reservare judicium ut omnes pariter judicentur, et secundum voluntatem et opera sua ibi recipiant. Hoc est enim quod ait: « Et tempus omni voluntati, et super omne factum ibi, » id est in judicio, quando Dominus cœperit judicare, tunc futura est veritas,

gesse du fils de Sirach : « Ne dites point : Qu'est-ce que ceci ou qu'est-ce que cela? car toutes choses seront examinées en leur temps. »

« J'ai réfléchi sur ce don de la parole, par lequel Dieu distingue les enfants des hommes, et hors duquel ils sont obligés de reconnaître qu'ils sont semblables aux bêtes, puisque la destinée des enfants des hommes et celle des bêtes est la même. La mort des uns est semblable à la mort des autres, ils ont le même souffle de vie, et l'homme n'en a pas plus que la bête, parce que tout est vanité. Toutes choses vont au même but, et toutes retournent à la terre d'où elles ont été tirées. Qui démontrera sans difficulté que le souffle qui anime l'homme monte en haut, tandis que celui de la bête descend avec elle dans la terre. » *Eccl.* III, 18-21. Il ne faut pas s'étonner qu'il n'y ait en ce monde aucune distance entre le juste et l'impie, que les vertus n'aient aucune prééminence et que tout soit sujet à un dénouement incertain, quand entre l'homme et la bête, eu égard à la vileté du corps, il semble n'y avoir aucune différence, l'un et l'autre étant soumis à le même condition de naître et de mourir; nous venons de la même façon à la lumière, et nous sommes également dissous en poussière. La différence, direz-vous, c'est que l'âme de l'homme monte au ciel, tandis que le souffle vital de la bête descend dans la terre. Sur quel témoignage irrécusable pouvons-nous asseoir cette affirmation ? Qui peut dire avec certitude que nos espérances sont vraies ou qu'elles sont fausses ? L'Ecclésiaste s'exprime ainsi, non qu'il croie que notre âme périt avec le corps et qu'un même lieu attend l'homme et la bête, mais parce qu'avant la venue de Jésus-Christ tout allait également aux enfers. Aussi Jacob dit qu'il doit descendre aux enfers ; *Genes.* XXXVII *et* XLIV ; Job se plaint de ce que les justes et les impies sont retenus dans l'enfer ; *Job.* VI *et* XVII ; et l'Evangile atteste qu'il y avait aux enfers un abîme entre le lieu des justes et celui des méchants, et que Lazare était avec Abraham, tandis que le mauvais riche était dans les supplices. *Luc.* XVI, 22 et 26. En réalité, avant que Jésus-Christ suivi du bon larron eût ouvert les portes du paradis gardées par le glaive flamboyant de l'ange, les célestes demeures étaient closes et la même destinée méprisable emprisonnait dans la terre l'âme de l'homme et le souffle de la bête. Sans doute celui-ci était dissous, tandis que l'autre était réservée pour l'avenir ; toutefois il y avait une différence peu sensible entre périr avec le corps ou être plongé dans les ténèbres de l'enfer.

nunc injustitia dominatur in mundo. Tale quid et in Sapientia, quæ filiæ (*a*) Sirach inscribitur, legimus : « Ne dixeris, quid est hoc aut quid est istud? omnia enim tempore suo requirentur. »

« Dixi ego in corde meo de loquela filiorum hominis, quia separat illos Deus, et ut ostenderet, quia ipsi jumenta sunt sibi, quia eventus filiorum hominum, et eventus pecoris, eventus unus eis. Sicut mors hujus, ita et mors illius, et spiritus unus omnibus, et amplius homini a pecore nihil est, quia omnia vanitas. Omnia vadunt ad locum unum, omnia facta sunt de humo, et omnia revertentur ad humum. Et quis scit, spiritus filiorum hominis si ascendat ipse sursum, et spiritus pecoris si descendat ipse deorsum in terram. » *Eccl.* III, 18-21. Non mirandum est in præsenti vita inter justum et impium nullam esse distantiam, nec aliquid valere virtutes, sed incerto eventu omnia volutari, cum etiam inter pecudes et hominem, secundum corporis vilitatem nihil differre videatur, et sit eadem nascendi conditio, sors una moriendi ; similiter procedamus ad lucem, æque dissolvamur in pulverem. Sin autem videtur hæc esse distantia, quod spiritus hominis ascendat in cœlum et spiritus pecoris descendat in terram, quo istud certo auctore cognovimus? Quis potest nosse terram utrum verum an falsum sit quod speratur ? Hoc autem dicit, non quod animam putet perire cum corpore, vel unum bestiis et homini præparari locum, sed quod ante adventum Christi omnia (*b*) ad inferos pariter ducerentur. Unde et Jacob ad inferos descensurum se dicit, *Gen.* XXXVII, et XLIV, et Job pios et impios in inferno queritur retentari, *Job.* VII et XVII, et Evangelium, chaos magnum interpositum apud inferos, et Abraham cum Lazaro, et divitem in suppliciis esse testatur. *Luc.* XVI. Et revera, antequam flammeam illam rotam, et igneam romphæam, et paradisi fores Christus cum latrone reseraret, clausa erant cœlestia, et spiritum pecoris hominisque æqualis vilitas coarctabat. Et licet aliud videretur dissolvi, aliud reservari, tamen non multum interest perire cum corpore, vel inferni tenebris detineri.

(*a*) « Quæ Sirach inscribitur. » Editi libri « quæ filii Sirach inscribitur, » sed multo verius in mss. codicibus, « quæ Sirach inscribitur. » Nam apud Septuaginta liber Ecclesiastici inscribitur Σοφία Σειραχ, *sapientia Sirach*. Syrus tamen nterpres hæc habet : « Liber Jesu filii Simeonis Asiro ; » idemque liber vocatur sapientia filii Asiro. MARTIAN.

(*b*) Confer Commentarios in Osee cap. 13. Sanctum quoque Augustinum de Genes. ad lit. L. 8. c. 4. « Nobis, » inquit Tertullian. lib. de Anima cap. 31. « inferi non nuda cavositas, nec subdivalis aliqua mundi sentina creduntur ; sed in fossa terræ, et in alto vastitas, et in ipsis visceribus ejus abstrusa profunditas.

Reprenons chaque trait et analysons succinctement chaque maxime. « J'ai réfléchi sur le don de la parole, par lequel Dieu distingue les enfants de l'homme. » Dieu, dit-il, a voulu qu'il n'y eût que cette seule différence entre les hommes et les bêtes : nous avons le don de la parole qu'elles n'ont pas, nous exprimons notre volonté dans le discours, tandis qu'elles sont condamnées au silence à cet égard. Hors ce don de la parole qui nous distingue des bêtes, il nous est prouvé que, quant à la fragilité du corps, nous sommes des bêtes véritables. La bête meurt, et l'homme meurt aussi ; ils ont le même souffle vital et respirent le même air. C'est le sens de ces mots : « Tous ont le même souffle, et l'homme n'a rien de plus que la bête.» Salomon ne veut pas nous laisser croire qu'il parle de l'âme, et il ajoute : « Toutes ces choses ont été faites de la terre, et retournent à la terre. » Or, le corps seul a été tiré de la terre, et c'est de lui seul qu'il est dit ; «Tu es poussière, et tu retourneras en poussière. » *Genes.* III, 11. Il n'y a pas de blasphème en ces mots : « Qui sait si le souffle qui anime les enfants des hommes monte en haut, et si le souffle vital de la bête descend avec elle dans la terre ?» Salomon ne prétend pas en effet qu'il n'y a aucune différence entre l'âme de l'homme et le souffle vital de la bête ; il met ce *qui* interrogatif pour montrer les difficultés de cette question. Le *qui* interrogatif, dans les Ecritures saintes, n'implique pas l'impossibilité, mais toujours la difficulté. Par exemple : « Qui racontera sa génération ? » *Isa.* LIII, 8 ; et dans le psaume quatorze : « Seigneur, qui habitera dans votre tabernacle et sur votre sainte montagne ? » *Psalm.* XIV, 1, et ce qui suit ; et dans Jérémie, quoique le texte hébreu porte différemment : « Voici l'homme; qui le connaîtra? » *Jerem.* XVII, 9. La seule différence entre l'homme et la bête, c'est donc que notre âme monte au ciel, tandis que le souffle vital de la bête descend dans la terre et s'y dissout avec la chair. Du reste, il n'y a dans cette assertion que la probabilité qui s'attache, en matière douteuse, au sentiment d'un homme versé dans les matières ecclésiastiques et dans les lettres sacrées. Nous avons interprété jusqu'ici selon la lettre.

Cherchons selon l'esprit de l'Ecriture. Nous lisons : « Le Seigneur sauvera les hommes et les bêtes ; » *Psalm.* XXXV, 7 ; et ailleurs : « Je suis devenu comme une bête devant vous ; mais je suis toujours avec vous ; » *Psalm.* LXXII, 23 ; et dans tous les prophètes il est dit que les hommes et les bêtes doivent être sauvés en Jérusalem et que la Terre promise est pleine de petit et de gros bétail. En ce sens : Qui sait, dit Salomon, si le saint, qui est digne du nom d'homme, monte au ciel, et si le pécheur, qui est appelé bête, descend dans la terre ? Il peut se faire, en

Recurramus ad singula, et commatico genere dicendi, juxta ordinem suum breviter disseramus (al. *dissolvamus*). « Dixi ego in corde meo de eloquio filiorum hominis, ut eligeret eos Deus. » Hoc solum, inquit, inter homines et jumenta Deus esse voluit, quia nos loquimur, illa sunt muta, nos voluntatem sermone proferimus, illa torpent silentio. Et cum tantum sermone differamus a bestiis, tamen ostenditur nobis, quod juxta corporis fragilitatem pecora sumus. Sicut jumentum moritur, ita moritur et homo et unus omnibus flatus est, et aer iste quo alimur. Hoc enim ait : « Et spiritus unus omnibus, et amplius homini a pecore nihil est. » Quod ne putaremus dici etiam de anima, intulit : « Omnia facta sunt de terra et revertuntur in terram. » De terra autem nihil aliud nisi corpus factum est. Et signanter de corpore dicitur : « Terra es, et in terram reverteris. » *Gen.* III, 11. Quod autem videtur esse blasphemum : « Quis cognoscit, spiritus filiorum hominum si ascendat ipse sursum, et spiritus jumenti si descendat ipse deorsum in terram? » non inter pecudes et hominem secundum animæ dignitatem nihil interesse contendit, sed adjiciendo « quis, » difficultatem rei voluit demonstrare. Pronomen enim «quis» in Scripturis sanctis non pro impossibili, sed pro difficili semper accipitur, ut ibi : « Generationem ejus quis enarrabit ? » *Isa.* LIII, 8 ; et in psalmo quarto decimo : « Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, et in monte sancto tuo? » *Psal.* XIV, 1, et cætera, quæ sequuntur; et in Jeremia, licet in Hebræo sit : « Et homo est, et quis cognoscet eum ? » *Jerem.* XVII, 9. Inter homines igitur et bestias hæc sola est differentia, quod spiritus homininis ascendit in cœlum, et spiritus jumenti descendit in terram et cum carne dissolvitur ; si tamen hujus rei vir aliquis Ecclesiasticus et disciplinis cœlestibus eruditus, et quasi dubiæ rei certus assertor sit. Hæc interim juxta litteram.

Quantum autem ad spiritualem intelligentiam pertinet : « Quoniam homines et jumenta salvos faciet Dominus ; » *Psal.* XXXV, 7 ; et in alio loco : « Ut jumentum sum, » inquit, « apud te, et ego semper tecum ; » *Psal.* LXXII, 23 ; et in omnibus prophetis homines et pecora in Jerusalem salvanda (al. *salvata*) dicuntur, et impleri terram repromissionis pecoribus et armentis ; quis scit, utrum sanctus, qui hominis appellatione dig-

raison de la condition incertaine et changeante de cette vie, que le juste tombe et que le pécheur s'élève; il arrive parfois que le plus raisonnable, le plus savant dans les Ecritures, c'est-à-dire, l'homme ne vit pas avec circonspection, comme il conviendrait à sa science, et tombe dans les enfers, tandis que celui qui est simple et grossier, c'est-à-dire, qui est appelé bête par comparaison avec l'homme, vit mieux, reçoit la couronne du martyre et devient habitant du paradis.

« J'ai jugé qu'il vaut mieux qu'un homme jouisse de son travail; c'est là son lot. Qui lui donnera la faculté de voir ce qui doit arriver après lui ? » *Eccl.* III, 22. Au lieu de ces derniers mots : « De voir ce qui doit arriver après lui, » Symmaque dit plus clairement : « De voir ce qui doit être après les choses d'ici-bas. » Il n'y a donc rien de mieux pour l'homme en cette vie que de jouir du fruit de son travail, faisant l'aumône et se préparant de futurs trésors pour le royaume des cieux. Nous n'avons que cette part qui ne peut être ravie ni par les voleurs ni par les tyrans et qui nous suit au delà de la mort. Nous ne pourrions pas, après avoir quitté cette vie, jouir de nos travaux terrestres ou savoir ce qui se passe dans le monde après nous. Autre sens. Egaré par l'erreur précédente, par la pensée que l'homme ne diffère pas de la brute, j'ai été conduit sur cette pente mauvaise à dire que le bien consiste à jouir des plaisirs d'ici-bas. Nous ne pourrons pas, en effet, après notre dissolution dans la mort, jouir de ces biens dont nous nous serons éloignés comme des ingrats. D'autres, sur ces mots : « Qui lui donnera le pouvoir de voir ce qui doit arriver après lui, » ont établi cette interprétation : Il vaut mieux qu'un homme jouisse du fruit de ses travaux, parce que c'est là tout qu'il peut emporter de ses biens. Quand la mort viendra, il ne sait si son héritier sera digne on indigne ; qu'il jouisse donc de ce qu'il possède.

« J'ai vu les injustices qui se commettent sur la terre. Les innocents gémissent dans l'oppression, et personne ne les console et ne sèche leurs larmes ; leurs oppresseurs sont tout-puissants; pour eux, ils sont destitués de tout secours. » *Eccl.* IV, 1. A la suite de ces méditations, j'ai tourné mes yeux vers les oppresseurs et les opprimés. Et quand ceux que l'injustice des puissants opprime, protestent contre cette tyrannie par les larmes, ce suprême refuge des malheureux, ils ne trouvent pas un consolateur, leur misère est d'autant plus grande et leur douleur plus cuisante, qu'ils voient leurs oppresseurs tout-puissants au sein de l'iniquité. C'est en cela qu'ils

nus est, ascendat in cœlum, et utrum peccator, qui jumentum vocatur, descendat in terram? Fieri enim potest pro incerto vitæ hujus et lubrico statu, ut et justus concidat, et peccator exsurgat, et nonnunquam evenit ut rationabilior et eruditus in Scripturis, id est, homo, non circumspecte et ut scientia sua dignum est, vivat, et deducatur ad inferos, et simplicior quisque atque rusticior, qui jumentum hominis comparatione dicatur, melius vivat, et martyrio coronetur, ac paradisi sit colonus.

« Et vidi, quia non est bonum, nisi quod lætetur homo in opere suo, quia hæc est pars ejus. Quis enim adducet eum, ut videat id quod futurum est post ipsum? » *Eccl.* III, 22. Pro eo quod nos posuimus : « Ut videat id quod futurum est post ipsum, » apertius interpretatus est Symmachus, dicens : « Ut videat ea quæ futura sunt post hæc. » Nihil est ergo bonum in vita ista, nisi quod lætatur homo in opere suo, faciens eleemosynam, et futuros sibi thesauros in regno cœlorum præparans. Hanc solam habemus portionem, quam nec fur nec latro valet, nec tyrannus auferre, et quæ nos post mortem sequatur. Nec enim possumus, cum hæc vita fuerit dissoluta, rursum nostris laboribus perfrui, aut scire, quæ futura sint in mundo postea. Aliter : Superiori errore turbatus, quod putarem inter homines et bestias nihil interesse, in hanc sententiam prava opinione deductus sum, ut nihil aliud boni dicerem, nisi præsentem carpere voluptatem. Neque enim cum semel nos dissolvisset interitus, posse his perfrui, a quibus recederemus ingrati. Alii de hoc quod ait : « Quis enim adducet eum, ut videat ea quæ sunt futura post se, » ad illam intelligentiam retulerunt, ut dicerent : Melius esse suis hominem laboribus perfrui, quia hoc solum de substantia sua posset auferre ; cum mors venerit, nescire quali sit hærede moriturus, utrum dignus, an indignus ; suis opibus perfruatur.

« Et conversus sum ego, et vidi universas calumnias, quæ fiunt sub sole, et ecce lacrymæ eorum qui calumniam sustinent et non est qui consoletur eos, et in manibus calumniantium eos fortitudo ; et non est eis consolator. » *Eccl.* IV, 1. Post hanc cogitationem illuc mentem meam oculosque converti, ut viderem calumniatores et calumniam sustinentes. Et ecce hi qui injuste a potentioribus opprimuntur, lacrymis, quas solum habere in calamitatibus licet, rei invidiam protestantes, consolatorem non queunt reperire. Et quo major miseria sit, et inconsolabilis dolor, calumniatores vident in suis iniquitatibus fortiores. Et hæc est causa

sont inconsolables. David dans le psaume soixante-douze et Jérémie en son livre développent grandement ce sujet.

« Et j'ai préféré l'état des morts à celui des vivants; mais j'ai estimé plus heureux que les uns et les autres celui qui n'est pas né, et qui n'a point vu les maux qui se font sous le soleil.» *Eccl.* IV, 2, 3. En présence des misères, qui accablent les mortels en cette vie, j'ai jugé que les morts sont plus heureux que les vivants, selon cette parole de Job dissertant sur les enfers: « Là se reposent ceux qui sont las de corps et ceux qui avaient été enchaînés, en sécurité et n'entendant plus la voix de leur persécuteur.» *Job.* III, 17, 18. Mais il y a un état meilleur que celui des vivants et des morts, l'état de celui qui n'est pas né. Le vivant souffre encore mille maux, l'autre est sorti nu de la vie comme d'un naufrage; celui qui n'est pas né est plus heureux en ce sens qu'il n'a aucune expérience des maux du monde. Salomon veut dire ici que celui qui n'est pas né existe avant de naître, et qu'il est plus heureux en ce qu'il ne porte pas encore le fardeau du corps (1); il vaut mieux, dit-il, être dans le néant et n'avoir aucune sentiment de l'existence, que d'être ou de vivre d'une manière malheureuse. C'est ainsi que parle notre Seigneur de Judas, par allusion au châtiment futur: « Il vaudrait mieux pour lui qu'il ne fût pas né,» *Matth.* XXVI, 24, parce qu'il eût mieux valu pour lui ne jamais exister que de tomber dans les supplices éternels. D'autres entendent ainsi ce passage: Ceux qui sont morts, disent-ils, quand bien même ils aient été pécheurs, sont meilleurs que ceux qui vivent encore. Ceux-ci sont encore dans le combat et comme prisonniers dans le dur cachot de la chair, tandis que ceux qui sont morts, maintenant en sécurité, ont cessé de pécher. Ainsi nul ne s'est élevé d'entre les enfants des femmes plus grand que Jean-Baptiste; mais il est plus petit que celui qui est le plus petit dans le royaume des cieux, *Matth.* XI, 11, et qui, délivré du fardeau de la chair, ne sait point dire avec l'Apôtre: « Malheureux homme que je suis! qui me délivrera de ce corps de mort?» *Rom.* VII, 14. Mais ajoutent-ils, il est meilleur que celui qui vit et que celui qui est mort, celui qui n'est pas né encore, et qui n'a pas vu les maux dont les hommes sont accablés en ce monde. Nos âmes, en effet, avant

(1.) Non certainement, telle n'est pas la pensée de saint Jérôme. Est-il une opinion qu'il ait plus souvent réfutée que celle de la préexistence des âmes? Il déclare ici que pour les réprouvés, pour les hommes qui méritent par leurs égarements de tomber dans les peines éternelles, mieux vaudrait n'avoir jamais existé. Cette doctrine, il l'appuie sur la parole même de Jésus-Christ. Dans la suite des âges, quelques rêveurs séduits par de vaines théories, ont insinué le contraire, donnant ainsi raison aux ennemis déclarés du christianisme. Pour combattre de semblables erreurs, il faut recourir aux princes de la théologie: c'est nommer saint Augustin et saint Thomas.

quod non valeant consolari. Plenius hunc locum in psalmo septuagesimo secundo David et Jeremias in suo volumine exsequuntur.

« Et laudavi ego mortuos, qui jam mortui sunt, super viventes quicumque ipsi vivunt usque nunc. Et melior super hos duos, qui nondum natus est, qui nondum vidit opus malum, quod factum est sub sole.» *Eccl.* IV, 2, 3. Ad comparationem miseriarum, quæ in hoc sæculo mortales premunt, feliciores judicavi mortuos, quam viventes, secundum illud Job de inferis disputantis: « Ibi requieverunt lassi corpore, cum his qui vincti fuerant, jam securi, non audientes vocem exactoris.» Job. III, 17 et 18. Melior autem est his duobus, vivente videlicet et defuncto, qui necdum natus est. Alius enim adhuc mala patitur, alius quasi de naufragio nudus evasit. Porro qui necdum natus est, in eo felicior est, quod necdum mala mundi expertus est. Hoc autem dicit, non quod qui necdum natus est, ante sit quam nascatur, et in eo felicior sit, quia necdum corpore prægravatus est; sed quod melius sit omnino non esse, nec sensum habere substantiæ, quam infeliciter velle esse vel vivere. Quomodo et de Juda Dominus loquitur, futura ejus tormenta significans: « Melius erat non nasci homini illi;» *Matth.* XXVI, 24; quod melius ei fuerit omnino non esse, quam æternos cruciatus perpeti. Alii vero hunc locum ita intelligunt: Meliores esse dicentes eos qui mortui sunt, ab his qui vivunt, licet ante fuerint peccatores. Viventes enim adhuc esse in prælio, et quasi clausos corporis ergastulo retentari; qui vero mortem obierint, jam esse securos. et peccare desisse. Sicut et Joannes, quo major non fuit in natis mulierum, *Matth.* II, minor est eo, qui minimus est in regno cœlorum, et corporis onere liberatus, nescit cum Apostolo dicere: « Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?» *Rom.* VII, 14. Meliorem autem his duobus esse eum, qui necdum natus est, nec vidit mala, quibus in mundo homines deprimuntur. Animas enim nostras, antequam ad corpora ista descendant, versari apud superos, et tamdiu beatas esse, quamdiu cœlesti Jerusalem et choro teneantur Angelico. (*a*)

« Et vidi ego universum laborem, et simul omnem

(*a*) « Animas enim nostras antequam.» Cave, lector, ne hunc errorem ascribas Hieronymo, qui eum strenue confutavit in epistola ad Avitum. Origenianus igitur iste Commentarius est, ut manifestissime comprobatur ex superioribus verbis: « Alii vero hunc locum ita intelligunt, etc.»

MARTIAN.

de descendre dans ces corps, vivent en société avec les habitants du ciel; elles sont heureuses aussi longtemps qu'elles habitent la céleste Jérusalem et font partie du chœur des Anges.

« J'ai considéré aussi les travaux des hommes, et j'ai reconnu que leur industrie est exposée à l'envie des autres; ce qui est une autre espèce de vanité et d'affliction d'esprit. » *Eccl.* IV, 4. J'ai porté ailleurs mes regards ; j'ai vu toute la force et toute la gloire de ceux qui travaillent, et j'ai reconnu que le bien de l'un est un mal pour l'autre, puisque l'envieux est tourmenté par le bonheur d'autrui et que celui qui a la gloire est entouré d'embûches. Quoi de plus vain, quoi de plus misérable, quoi de plus près du néant que cette disposition des hommes à ne pas pleurer leurs misères, à ne pas déplorer leurs propres fautes, pour porter envie à la supériorité?

« L'insensé se tient les bras croisés, et il mange sa propre chair. » *Prov.* XXIV. C'est ici encore le paresseux décrit dans les Proverbes, et qui croise les bras sur sa poitrine. Le dénûment, comme un coureur rapide, vient bientôt à lui, et le force, dans sa rage de la faim, à dévorer sa propre chair, soit dit cependant par hyperbole. Il pense qu'il vaut mieux n'avoir qu'une poignée de farine et vivre dans l'oisiveté et la torpeur, que de remplir l'une et l'autre main par le travail. Tout le raisonnement de l'Ecclésiaste tend à montrer que, d'un côté, celui qui travaille et a quelque bien est exposé à l'envie en ce monde, et de l'autre, que celui qui veut vivre dans l'oisiveté est en butte au dénûment; que tous deux sont misérables, l'un étant en péril à cause de ses biens, et l'autre consumé de besoins dans l'indigence. Or assurément voici le sens. Celui qu'une sorte de rage d'esprit entraîne à être jaloux du bonheur d'autrui, celui qui reçoit en son sein l'envie et qui la nourrit en son cœur, mange son âme et sa propre chair. Plus il voit croître la prospérité qu'il jalouse, plus il se dessèche et dépérit; il se fond, pour ainsi dire, peu à peu au feu de son envie. Autre sens. Le mot main est souvent employé pour œuvre. Par exemple : «Le Seigneur déposa sa parole aux mains du prophète Aggée, » *Agg.* I, 1, sans doute parce qu'Aggée ou tout autre prophète avait mérité pas ses œuvres antérieures que la parole de Dieu fût représentée dans ces œuvres. David s'exprime de même ; « Le Seigneur enseigne la guerre à mes mains.» *Psalm.* CXLIII, 1. L'insensé se tient donc les mains croisées, c'est-à-dire, il les ferme, il les retire, et ne mange point le fruit du travail que ses mains ne produisent pas ; il mange ses chairs, vivant selon les inspirations de la chair et se nourrissant de ses débordements.

« Un peu dans le creux de la main avec le repos vaut mieux que plein les deux mains avec travail et affliction d'esprit. » *Eccl.* IV, 6. Il vaut mieux n'avoir que la mesure nécessaire que les

virtutem operis, quia æmulatio viri a sodali ejus ; et quidem hoc vanitas et præsumptio spiritus,» *Eccl.* IV, 4. Converti me rursus ad alia, et vidi omnem fortitudinem et gloriam laborantium, et deprehendi bonum alterius esse alterius malum, dum invidus aliena felicitate torquetur, et patet insidiis gloriosus. Quid enim vanius, quid instabilius, et sic nihili, quam homines non suas flere miserias, vel propria lugere peccata, sed melioribus invidere ?

« Stultus complexus est manus suas, et comedit carnes suas. » *Prov.* XXIV. Hic est qui et in Proverbiis piger describitur, continens manibus pectus suum. Cui, tamquam citus cursor, venit inopia, et qui propter nimiam famem (hyperbolice autem dictum sit) comedit carnes suas. Qui melius putat esse unum pugillum habere farris, et otiosum torpentemque vivere, quam laborantem manum utramque complere. Totum autem quod disserit, hoc est, ut ostendat, et eum qui laborat et habet aliquid in mundo patere invidiæ, et rursus eum qui vivere vult quietus, inopia opprimi, et esse utrumque miserabilem, dum alius propter opes periclitatur, alius propter inopiam egestate conficitur. Vel certe sic : Qui alienæ felicitati invidet, et quasi spiritus furore repletur, et invidiam in sinum receperit, nutrieritque eam in pectore, iste comedit animam suam et carnes suas. Quanto enim eum, cui invidet, feliciorem viderit, tanto ipse amplius contabescit et deperit, et paulatim zelo et livore distillat. Aliter : Manus crebro pro operibus accipiuntur, sicut ibi : « Verbum Domini quod factum est in manu Aggæi,» *Aggæi* I, 1, sive illius, vel hujus prophetæ, quod talia opera gesserit, ut dignus existeret in cujus opere fieret sermo Domini. Huic congruit et illud David : « Qui docet manus meas ad prælium. » *Psalm.* CXLIII, 1. Stultus igitur complexus est manus suas, id est, contraxit, et extendere noluit, unde non comedit labores manuum suarum quos nec habet ; sed carnes suas, vivens juxta sapientiam carnis, et carnis operibus vescitans.

« Melior est plenus pugillus cum requie, quam plenitudo manuum laboris et præsumptionis spiritus. » *Eccl*, VI, 6. Melius est modicum habere justum, quam divitias peccatorum multas. Et in Proverbiis : « Melior est parva acceptio cum justitia, quam multa genimina

richesses considérables des pécheurs. Dans les Proverbes : « Un peu de pain sec avec la paix vaut mieux qu'une maison de bonne chère avec des querelles.» *Prov.* XVI, 8. C'est à bon droit que la paix appartient à la justice et l'agitation à l'iniquité. Le nombre un se prend toujours en bonne part, et le nombre deux en mauvaise part ; aussi la poignée a-t-elle le repos et les deux mains sont pleines de travail.

« En considérant toutes choses, j'ai trouvé encore une autre vanité sous le soleil. Tel est seul et n'a personne avec lui, ni enfant, ni frère, qui néanmoins travaille sans cesse ; ses yeux sont insatiables de richesses, et il ne se dit pas à lui-même : Pour qui est-ce que je travaille ? et pourquoi me priver moi-même de l'usage de mes biens ? C'est là encore une vanité et une occupation bien malheureuse. » *Eccl.* IV, 7 10. J'ai tourné mes yeux vers les autres et je les ai vus travailler plus qu'il n'est nécessaire, amasser des biens par les voies licites et illicites, pour ne pas en jouir, avoir toutes choses, couver leurs richesses, les conserver pour un autre et ne pas profiter du fruit de leur travail, et la plupart n'ont ni enfant, ni frère, ni proche à qui ce fruit soit pieusement destiné pour ses besoins. Je n'ai donc rien conçu de plus vain que cet homme qui amasse des richesses, ignorant à qui il les laissera. Suivant une interprétation déjà indiquée, nous pouvons appliquer ce passage à ceux qui écrivent des livres et les laissent à de fastidieux lecteurs. Certains rapportent au Sauveur ce passage : « Il est seul et n'a personne avec lui, » en ce qu'il est venu seul et sans auxiliaire sauver le monde. Quoique les enfants de Dieu soient en grand nombre et qu'on les appelle ses frères d'adoption, aucun cependant n'a été jugé digne de lui être adjoint en cette œuvre. Cette œuvre n'a pas de fin ; il continue à porter nos péchés et nos défauts et à souffrir pour nous ; ses yeux sont insatiables de richesses, parce qu'il désire toujours notre salut, et plus il voit une âme descendre dans le péché, plus il l'exhorte à la pénitence.

« Il vaut mieux être deux qu'un seul ; on a une bonne récompense de son travail, et si l'un tombe, l'autre le relève. Malheur à l'homme seul, quand il tombe, parce qu'il n'a personne pour le relever ! Si deux dorment ensemble, ils se communiquent la chaleur ; celui qui est seul, qui le réchauffera ? Si un ennemi s'élève, il est bon d'être deux pour lui résister ; enfin une triple corde est difficile à rompre. » *Eccl.* IV, 11-13. Salomon a examiné les sollicitudes, les misères, les tourments de celui qui s'épuise à rassembler des richesses sans savoir qui en héritera ; maintenant il parle de la solidarité. Il fait l'éloge des liens de l'amitié ; il y a soulagement réciproque, le secours de l'un relève l'autre de sa chute, et dans les chagrins domestiques, l'homme pourvu d'un ami sûr jouit mieux du repos de la nuit

cum iniquitate. » *Prov.* XVI, 8. Eleganter justitia requiem habet, iniquitas laborem. Et quia singularis numerus in bono semper accipitur, duplex in malo : propterea unus pugillus habet requiem, et duæ manus labore sunt plenæ.

« Et conversus sum ego, et vidi vanitatem sub sole. Est unus, et non est secundus, et quidem filius, et frater non est ei ; et non est finis omni labori ejus. Et quidem oculus ejus non satiatur (al. *satiabitur*) divitiis ; et cui ego laboro, et fraudo (al. *fraudabo*) animam meam a bonitate ? Sed et hoc vanitas, et distentio pessima est. » *Eccl.* IV, 7-10. Conversus sum ad alios, et vidi eos, plus quam necesse est, laborare, congregare per fas et nefas opes, et non uti congregatis, habere omnia, incubare divitiis, servare alteri, et suo labore non perfrui : maxime cum nec filium, nec fratrem habeant, nec propinquum ut videatur pius labor necessariis reservatus. Nihil itaque esse vanius deprehendi, quam eum hominem, qui divitias congregat, cui eas relinquat ignorans. Quod quidem possumus secundum superiorem interpretationem et de his intelligere, qui libros conscribunt, et eos fastidiosis lectoribus derelinquunt. Quidam hunc locum ab eo quod ait : « Est unus, et non est secundus, » super Salvatore interpretantur, quod solus et absque ullo comite ad salvandum mundum descenderit. Et quamquam multi filii Dei sint, et fratres ejus adoptione dicantur ; tamen nullus dignus exstiterit, qui in hoc ei opere jungeretur. Cujus laboris non est finis, portantis nostra vitia atque peccata, et pro nobis dolentis ; et oculus ejus non satiabitur divitiis, semper nostram cupientis salutem, et quanto plus peccare quem viderit, tanto magis ad pœnitentiam cohortantis.

« Meliores duo, quam unus, quibus est merces bona in labore suo ; quia, si ceciderit unus, eriget participem suum. Et væ uni, cum ceciderit, et non est secundus, qui erigat eum. Et quidem, si dormiant (al. *dormierint*) duo, etiam calor erit illis ; et unus quomodo calefiet ? Et si invaluerit super eum unus, duo stabunt adversus eum, et funiculus triplex non cito rumpitur ». *Eccl.*, IV. 11-13 Post sollicitudines et miserias in quibus correptus est ille, qui in opibus conquirendis absque certo hærede se cruciat, nunc ad sodalitatem sermo confertur. Et dicitur, quid boni habeat amicorum

que celui qui se repose sur ses seules richesses. Que si quelque ennemi plus puissant s'élève, la faiblesse de l'un est diminuée grâce aux ressources qu'apporte son ami. Du reste, autant deux sont au-dessus d'un seul, quand l'amitié les unit, autant la société de trois est supérieure à celle de deux. La vraie charité, celle qu'aucune envie ne souille, croît en force proportionnellement au nombre. Voilà selon le sens simple. Maintenant, puisque nous avons déjà rapporté certains passages à Jésus-Christ, il faut analyser les autres d'après cette idée. Il vaut mieux ici encore être deux qu'un seul, c'est-à-dire, il vaut mieux avoir Jésus-Christ établi dans son cœur, que d'être seul, exposé aux embûches du démon. La récompense de cette union se montre dans l'utilité de vivre en société; si l'homme tombe, Jésus relève celui dont il habite le cœur. Malheur donc à celui qui, lorsqu'il tombe, n'a pas en lui Jésus-Christ pour le relever! L'homme qui s'endort, c'est-à-dire, qui se dissout dans la mort, s'il a Jésus avec lui, revit promptement à sa chaleur vivifiante. Quand le démon si fort dans sa lutte se lève contre l'homme, l'homme résiste et Jésus-Christ résiste aussi pour son ami, pour son allié. Non que la force de Jésus-Christ seul soit insuffisante contre le diable; mais le libre arbitre est toujours laissé à l'homme, et Jésus est plus fort dans le combat quand nous luttons nous-mêmes. Et si c'est le Père et le Fils et le Saint-Esprit qui vient à notre aide, l'alliance est encore plus difficile à rompre. Ce qui est difficile à rompre, est cependant rompu parfois. Ce triple lien exista, par exemple, dans l'apôtre Judas; mais parce que Satan s'introduisit en lui par l'avarice, le lien fut rompu. A ces mots: « Si deux dorment ensemble, ils se communiquent la chaleur; mais un seul, qui le réchauffera? » appliquons l'exemple d'Elisée, qui se serra contre l'enfant, s'endormit, réchauffa son petit corps et le rendit ainsi à la vie. IV *Reg.* IV. Il faut donc que Jésus-Christ dorme avec nous, se repose avec nous dans la mort, pour que nous puissions recevoir la chaleur de la vie éternelle.

« Il vaut mieux un enfant pauvre et sage qu'un roi vieux et insensé qui ne sait rien prévoir pour l'avenir. L'enfant né pauvre sous ce roi sort de sa prison pour devenir roi lui-même. J'ai vu tous les vivants qui marchent sous le soleil avec l'adolescent qui remplace le vieux

contubernium, et in commune solatium, quia et alterius ruina alterius auxilio sublevetur, et curas domesticas, ipsius quoque noctis requiem melius exigat ille, qui fidum amicum habet, quam qui solis opibus incubat acquisitis. Quod et si robustior inimicus quis contra unum surrexerit, imbecillitatem alterius amici solatio sustentari. Et quanto duo uno differant, si amore conjuncti sint, tanto etiam trium contubernium plus valere. Etenim vera charitas, et a nullo livore violata, quanto augetur numero, tanto crescet et robore. Et hæc interim simpliciter dicta sint.

Cæterum, quia in superiori loco super Christo quorumdam intelligentiam posuimus, etiam reliqua eodem ordine disserenda sunt. Melius est duos pariter esse, quam unum. Melius est enim habitantem in se habere Christum, quam solum habitare, et patere insidiis adversantis. Merces quippe contubernii statim in ipsa societatis utilitate monstratur. Si enim ceciderit unus, erigit (al. *eriget*) Christus participem suum. Væ quippe ei qui, cum ruerit, Christum in se non habet erigentem. Quod si etiam dormierit unus, hoc est, si morte fuerit dissolutus, et secum Christum habuerit, calefactus et vivificatus citius reviviscit. Et si adversus hominem robustior in expugnando diabolus astiterit, stabit homo, stabit et Christus pro homine suo, pro sodali suo. Non quod solius Christi adversus diabolum virtus infirma sit, sed quod liberum homini relinquatur arbitrium, et annitentibus nobis, ipse in præliando fortior fiat. Quod si etiam Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus advenerint, non cito rumpitur (al. *rumpetur*) ista sodalitas. (*a*) Quod autem non cito rumpitur, tamen aliquando rumpetur. Et in Juda enim apostolo fuit triplex iste funiculus; sed quia post buccellam introivit in eum Satanas, funiculus iste diruptus est. Porro quod superius ait: « Et quidem si dormiant duo, etiam calor erit illis; et unus quomodo calefiet? » de Elisæo sumamus exemplum, quod ipse contraxerit se cum puero, et dormierit, et calefecerit corpusculum ejus, et ita vivificaverit resurgentem. IV *Reg.* IV. Nisi igitur Christus nobiscum dormierit, et in morte requieverit, calorem æternæ vitæ accipere non valemus.

« Melior est puer pauper et sapiens, quam rex senex et stultus, qui nescit providere in posterum. Quoniam de domo vinctorum egreditur in regem, quia etiam in regno ejus natus est pauper. Vidi universos viventes, qui ambulant sub sole cum adolescente secundo, qui

(*a*) « Et funiculus triplex non cito rumpitur. » Quatuor exemplaria mss. quibus utor, constanter retinent, « non facile rumpitur, » vel « rumpetur. » Nulla tamen dubitatio subest, quin legendum sit *cito*, et non *facile;* cum ipse Hieronymus in suo Commentario bis legat, « non cito rumpitur. » Cæterum in ms. Colbertino duos versiculos consequentes reperi, quibus Monachus qui librum descripsit, de sodalitate videtur conqueri :

Præpositis vinum, nos degustamus acetum :
Præpositis triplex, nobis fit portio simplex.

MARTIAN.

roi. Le peuple et les choses qui furent avant eux sont innombrables; et les derniers ne se réjouiront point dans le vieux roi. Et ceci est encore vanité et présomption d'esprit.» *Eccl.* IV, 14-17. Symmaque traduit ainsi ce passage : Il vaut mieux un pauvre avec la sagesse, qu'un vieux roi insensé qui se sait point prévoir les vicissitudes. L'un sort de sa prison pour régner; l'autre, après être né roi, mourra dans la pauvreté. J'ai vu tous les vivants qui marchent sous le soleil avec l'adolescent propice qui s'est élevé à sa place. Le peuple qui fut avant l'un et l'autre est innombrable ; et la postérité ne se réjouira point dans le premier. Mais ceci est encore souffle de vent pour nourriture. » A propos de ce passage, quand nous lûmes l'Ecclésiaste, mon maître hébreu, dont je parle souvent, m'a rapporté le sentiment de Baracibas, interprète que les Hébreux admirent entre tous. Il vaut mieux l'homme intérieur, qui commence en nous à quatorze ans après la puberté, que l'homme extérieur, sorti du sein de la mère; en effet, l'homme extérieur ne sait pas s'éloigner du vice, et il avait cependant quitté la maison des liens, c'est-à-dire les entrailles maternelles, pour régner sur les vices ; or il devient pauvre quant à sa puissance, parce qu'il fait tout ce qui est mal. J'ai vu ceux qui ont vécu avec le premier homme et qui ont ensuite habité avec le second, c'est-à-dire, celui qui a été engendré à la place du premier son prédécesseur; et j'ai compris que tous avaient péché dans le premier homme, avant de devenir deux hommes par la naissance du second. Mais, tournés vers le bien après l'embranchement de l'Y des philosophes, ils ont abandonné le sentier de gauche pour monter vers le sommet de droite et pour suivre le second homme, c'est-à-dire l'homme nouveau; aussi ne se réjouiront-ils pas en celui-là, c'est-à-dire, dans le vieil homme. L'Apôtre atteste l'existence de ces deux hommes, II *Thessal.* II, et le Lévitique en parle aussi : « Si des deux hommes l'un veut une chose et l'autre une autre. » *Levit.* XVII. Saint Grégoire, évêque de Pont, auditeur d'Origène, dans la Métaphrase de l'Ecclésiaste, comprend ainsi ce passage : « Je préfère un adolescent pauvre et sage à un roi vieux et insensé. à qui il ne vient jamais à l'idée que quelqu'un de ceux qu'il avait enchaînés peut sortir de prison et ruiner ensuite sa puissance injuste. Il

consurget pro illo. Non est finis omni populo, universis, qui fuerunt ante illos. Et quidem novissimi non lætabuntur in eo ; sed et hoc vanitas, et præsumptio spiritus. » *Eccl.*, IV, 14 17. Symmachus hunc locum ita transtulit : « Melior est pauper cum sapientia, rege sene et insipiente qui nescit præcavere vicissitudinem. Alter enim exit (al. *exivit*) de carcere ad regnandum ; alter vero, cum esset rex natus, paupertate oppressus est. Vidi omnes viventes, qui gradiuntur sub sole cum adolescente secundo, qui surrexit pro eo. Infinitus omnis populus, qui fuit ante utrumque ; et posteri non lætabuntur in eo. Sed et hoc aura et pastio venti. » Hebræus meus, cujus sæpe facio mentionem, cum Ecclesiasten mecum legeret, hæc (*a*) Baracibam, quem unum vel maxime admirantur, super præsenti loco tradidisse testatus est. Melior est interior homo, qui post quartum decimum pubertatis annum in nobis exoritur, exteriore homine, qui de matris alvo natus est, qui nescit recedere a vitio, et qui de domo vinctorum, de utero videlicet materno, ad hoc exivit, ut regnaret (al. *regnet*) in vitiis. Qui etiam in potestate sua pauper effectus est, mala omnia perpetrando. Vidi eos, qui in priore homine vixerunt, et cum secundo homine postea versati sunt, eo videlicet, qui pro priore decessore generatus est ; intellexique omnes in homine priore peccasse, antequam, secundo nascente, duo homines fierent. Quia vero ad meliora conversi, et post Y litteram philosophorum, sinistro tramite derelicto, ad dextrum apicem contenderunt, et secundum, id est, novissimum hominem sunt secuti, non lætabuntur in eo, id est, in priore. Hos duos homines et Apostolus contestatur, II *Thess.* II, et Leviticus non tacet : « Homo, homo si voluerit » illud vel illud. *Levit.* XVII. Vir sanctus Gregorius Ponti Episcopus, Origenis auditor in Metaphrasi Ecclesiastæ, ita hunc locum intellexit : « Ego vero præfero adolescentulum pauperem et sapientem, regi seni et stulto, cui numquam venit in mentem, quod possibile sit, quemquam de his, quos vinxerat, ad regnum exire de carcere, et seipsum de iniqua deinceps potestate sua corruere. Eve-

(*a*) *Hæc Baracibam.* Insignis est iste locus propter nomen *Baracciba*, sive *Barachiba*, celebris cujusdam magistri Hebræorum, de quo nihil memoriæ proditum est apud Thalmudistas, sive apud scriptores Judæorum. Itaque prudentem studiosumque lectorem monebimus, nullum esse exemplar. ms. in quo legatur juxta Erasm. et Marian., *hæc Baracheam ;* sed in cunctis illud nomen scriptum legi vel *Barachiam*, vel *Barachivam*, aut *Baracchibam*. Vetustissimus omnium codex Corb. prima manu scriptum retinebat *Barachibam*, quod emendator imperitus mutavit in *Barachiam*. Sorbonicus legit *Barachivam ;* sed melius Colbertinus *Baracchibam* posuit. Quis autem fuerit iste *Baraccibo*, quem unum Hebræi maxime mirarentur æstate Hieronymi, nolo divinare ; ne tantas ineptias forte proponam de filio, quantas de patre ejus *Akiba* proposuit vindex nuperus Antiquitatis temporum. MARTIAN.

— In mss. *Baracchiban*, aut *Baracubivon*. Est autem hic longe notissimus *Akibas*, seu *Barakibas*, de quo tam et grandia et multa Judæorum Scriptores commenti sunt, ut plane sit mirum, nihil de illo rescire Martianæum, qui ne temere quid lectoribus imponat, se ait a divinando

arrive parfois, en effet, que ceux qui ont été sous cet adolescent sage, soient sans chagrin; je veux dire ceux qui ont d'abord vécu sous le vieux roi. Pour ceux qui sont nés après, ils n'ont pas connu les maux passés, et ne savent pas même louer l'adolescent qui s'est élevé ensuite, entraînés qu'ils sont par une opinion perverse et par l'esprit d'opposition. »

L'interprète de Laodicée, s'efforçant d'exprimer beaucoup de sens en peu de mots, a parlé ici même selon sa coutume : « L'Ecclésiaste, dit-il, nous entretient maintenant du changement des biens en maux; il cherche à nous peindre l'insensé, qui, repoussant la pensée de l'avenir, se réjouit dans les biens périssables d'ici-bas comme s'ils étaient éternels et grands. Après les événements divers qui surviennent dans la vie humaine, et les vicissitudes diverses, Salomon, en manière de maxime générale sur la mort, dit que cette multitude sans nombre périt, qu'elle se consume et passe peu à peu, chacun laissant un autre à sa place, et un autre ensuite, quand son successeur est mort. »

Origène et Victorinus ont été à peu près du même sentiment. Après cette maxime générale, claire pour tous : Il vaut mieux un enfant pauvre et sage qu'un roi vieux et insensé, et il arrive souvent que le premier, grâce à sa sagesse, sortant de la prison du roi, commande à la place du dominateur pervers, tandis que le roi insensé perd l'empire, dont il était revêtu; ils ont rapporté ce passage à Jésus-Christ et au démon, faisant de l'enfant pauvre et sage la figure de Jésus-Christ. Il est enfant, selon cette parole : « C'est une grande gloire pour toi d'être appelé mon enfant, » *Isa.* XLIX, pauvre, parce qu'étant riche il s'est fait pauvre; II *Corint.* VIII, 9; et sage puisqu'il « croissait en âge, en sagesse et en grâce devant Dieu et devant les hommes. » *Luc.* 11, 52. Il est né dans le royaume du vieux roi; aussi dit-il : « Si mon royaume était de ce monde, mes serviteurs auraient combattu afin que je ne fusse point livré aux Juifs; mais mon royaume n'est pas d'ici. » *Joan.* XVIII, 36. Cet enfant sans égal est donc né sous le règne de ce vieillard insensé, qui lui montre tous les royaumes du monde avec sa gloire, et de la demeure des oppresseurs, au sujet desquels Jérémie a dit en ses Lamentations : « Quand les captifs de la terre sont foulés aux pieds, » *Thren.* III, 34, il s'est

nit enim interdum ut hi qui sub adolescentulo sapiente fuerint, absque mœrore sint; ita tamen ut sub sene rege ante versati sint. Qui enim postea nati sunt, quia mala præterita nescierunt, nec adolescentulum laudare possunt, qui postea consurrexit, abducti opinione perversa et impetu spiritus adversantis. »

Laodicenus Interpres res magnas brevi sermone exprimere contendens, more sibi solito etiam hic locutus est : « De commutatione, inquiens, bonorum in mala nunc Ecclesiastæ sermo est, insipientem hominem conantis exprimere, qui futura non cogitans, præsentibus et caducis quasi magnis atque perpetuis delectatur. Et post diversa quæ solent hominibus accidere in vita sua, atque mutari, quasi generalem infert de morte sententiam, quod innumerabilis multitudo intereat, et paulatim consummatur et transeat, unoquoque in suo loco alium relinquente, et rursum alium, successore moriente. »

Origenes et Victorinus non multum inter se diversa senserunt. Post generalem enim illam sententiam, quæ omnibus patet : quod melior sit adolescentulus pauper et sapiens, quam rex senex et insipiens, et quod frequenter evenit, ut ille per sapientiam suam etiam de carcere regis egrediens, imperet pro dominatore perverso, et rex insipiens perdat imperium, quod tenebat; super Christo et diabolo hunc locum interpretati sunt, quod puerum pauperem et sapientem Christum velint. Puerum juxta illud : « Magnum tibi est vocari te puerum meum. » *Isa* XLIX, 6. Pauperem vero, quia pauper factus est, cum dives esset. II *Cor.* VIII, 9. Et sapientem, quia « proficiebat ætate et sapientia et gratia apud Deum et homines. » *Luc.* II, 52. Iste natus est in regno senis. Et idcirco dicit : « Si esset de hoc mundo regnum meum, ministri utique mei certarent pro me, ut non traderer Judæis; nunc autem non est de hoc mundo regnum meum » *Joan.* XVIII, 36. In illius itaque stulti senis regno, qui ostendit ei omnia regna mundi et gloriam ejus, natus est optimus puer, et de domo vinculatorum, de quibus Jeremias in Lamentationibus loquitur, dicens : « Ut humiliaret

abstinere. Tanta vero ejus fuit nominis fama, ut fabularentur Hebræi, Moysen ipsum ad audiendum Akiban descendisse, ac respondisse interroganti; et Rabbi Abraham Zachut lib. *Succhasin* dicat, quemadmodum priorem a Moyse, ita Oralem Legem universam Akibæ acceptam referri. Sed et Christiani auctores satis eum luculenter memorant. S. Epiphanius Hæres. 15 inter quatuor Judaicarum Traditionum Patres recenset vocatque διδάσκαλον αὐτῶν 'Ακιβάν οὕτω καλούμενον ἢ Βαρακιβὰν. *Magistrum eorum* (sc. *Judæorum*) « Akiban ita appellatum, seu Barakiban. » Eumdemque Hæres. 33 vocat 'Ραββιακιβά, *Rabbi Akiba.* Ipse etiam Hieronymus eum sæpe laudat, et in Epistola quidem 121 ad Algasiam quæst. 10. *Barakibas*, inquit ex Hebræorum sensu, « et Simeon, et Hellel magistri nostri, etc.; » in Isaiam vero lib. III, cap. 8 : *Akiban*, simpliciter vocans, « Samai et Hillel, ex quibus orti sunt Scribæ et Pharisæi, quorum suscepit scholam Akibas, quem magistrum Aquilæ proselyti autumant, » etc. Ex quo etiam colligere licet, floruisse illum circa Adriani tempora. Vide, quæ in laudatum locum Epist. ad Algasiam, et in Commentar. in Isaiam annotamus. (*Edit. Mign.*)

avancé vers son trône, il est allé dans une contrée lointaine, et quelque temps après il est revenu contre ceux qui ne voulaient pas le laisser régner sur eux. L'esprit prophétique montre à l'Ecclésiaste tous les vivants, qui peuvent participer à la gloire de l'enfant qui dit : « Je suis la vie, » *Joan.* xiv, 6, et suivre le Christ, après avoir chassé le vieux roi insensé. Ce passage fait aussi allusion aux deux peuples d'Israël : le premier a existé avant la venue du Sauveur, et le second doit recevoir l'Antéchrist après Jésus-Christ. Le premier Israël n'est pas absolument rejeté, puisque la primitive Eglise a pris naissance par les Apôtres parmi les Juifs ; mais à la fin les Juifs, qui accueilleront l'Antéchrist à la place du Sauveur ne se réjouiront pas en Jésus-Christ.

« Lorsque vous entrez dans la maison du Seigneur, considérez où vous mettez le pied, et approchez-vous pour écouter. L'offrande des insensés n'est qu'un sacrifice, parce qu'ils ne connaissent pas le mal qu'ils font. » *Eccl.* iv, 18, 19. C'est un précepte de conduite ; il ne veut pas que nous offensions Dieu en allant à l'église. Le mérite ne consiste pas à entrer dans la maison de Dieu, mais à y entrer sans l'offenser. Si tous ceux qui sont dans l'Eglise pouvaient entendre la parole de Dieu, il n'aurait pas ajouté : « Approchez-vous pour écouter. » *Exod.* xxiv, 2 *et seqq.* Moïse seul s'approchait pour entendre Dieu ; les autres n'avaient pas cette faculté. Les insensés ne connaissant pas le vrai remède du péché, croient pouvoir satisfaire à Dieu par des dons et des offrandes ; ils ignorent que cela même est un mal et un péché, vouloir racheter leurs fautes, non par l'obéissance et les bonnes œuvres, mais par les dons et les victimes. L'Ecriture dit ailleurs en ce sens : « L'obéissance est au-dessus du sacrifice ; » *Reg.* xv, 21 ; et encore : « Je veux la miséricorde et non le sacrifice. » *Ose.* vi, 6.

« Ne parlez jamais inconsidérément, et que votre cœur ne se hâte point de proférer des paroles devant Dieu ; car Dieu est dans le ciel, et vous sur la terre ; c'est pourquoi parlez peu ; le rêve naît de la multitude des pensées, et l'on reconnaît l'insensé à l'abondance inutile des paroles. » *Eccl.* v, 1, 2. La plupart pensent que ce passage nous enjoint de ne pas promettre facilement devant Dieu, et de ne pas faire inconsidérément vœu d'accomplir ce qui est au-dessus de nos forces. Dieu est présent partout ; bien qu'il paraisse être dans le ciel et nous sur la terre, il entend tout ce que nous disons et notre témérité ressort de l'abondance inutile de nos paroles. D'autres donnent une interprétation meilleure. Salomon nous prescrit, disent-ils, de ne pas nous prononcer sur Dieu plus qu'il ne convient, tant en paroles qu'en pensées ; reconnaissons notre faiblesse, et qu'il y a aussi loin de notre jugement à sa nature que de la terre au ciel ; aussi

sub pedibus ejus omnes vinctos terræ, » *Thren.* iii, 34, processit ad regnum, et abiit in regionem longinquam, et contra eos, qui super se eum regnare nolebant, post aliquantum temporis rex reversus est. Præsago itaque spiritu vidit Ecclesiastes omnes viventes, qui possunt adolescentis participes esse, dicentis : « Ego sum vita, » *Joan.* xiv, 6, et vetere stulto rege dimisso, Christum sequi. Simulque duo ex Israel populi significantur. Prior qui ante adventum Domini fuerit, et posterior qui Antichristum pro Christo suscepturus est : quod prior non penitus sit abjectus (prima quippe Ecclesia ex Judæis, et Apostolis congregata est) et in fine Judæi, qui Antichristum pro Christo suscepturi sunt, non lætentur in Christo.

« Custodi pedem tuum, cum vadis in domum Dei, et appropinqua, ut audias. Donum enim insipientium sacrificium ; quia nesciunt, quod faciunt, malum. » *Eccl.* iv, 18, 19. Præcepta dat vitæ, et non vult nos offendere euntes ad Ecclesiam. Non enim ingredi domum Dei, sed sine offensione ingredi, laudis est. Et si esset omnium qui sunt in Ecclesia Dei, audire sermonem, nunquam addidisset, « appropinqua, ut audias. » *Exod.* xxiv, 2 *et seqq.* Denique Moyses solus prope accedebat ad audiendum Deum : cæteri accedere non valebant. Quod stulti nescientes remedium esse peccati, æstimant oblatione munerum Deo satisfacere se posse, et ignorant hoc quoque malum esse, atque peccatum, non obedientia et operibus bonis, sed donis, et victimis emendare velle, quod fecerint. Huic congruit illud quod alibi dicitur : « Obedientiam super sacrificium. » I *Reg.* xv, 21. Et : « Misericordiam volo, et non sacrificium. » *Osee* vi, 6.

« Noli festinare in ore tuo, et cor tuum non festinet ad proferendum verbum in conspectu Dei, quia Deus in cœlo, et tu super terram. Propter hoc sint verba tua pauca, quia veniet somnium in multitudine sollicitudinis, et vox insipientis in multiplicatione sermonum. » *Eccl.* v, 12. Plerique arbitrantur hoc in præsenti loco præcipi, ne coram Deo facile aliquid promittamus, et sine consideratione virium voveamus ea quæ explere non possumus. Adesse quippe præsentem Deum, et licet ille in cœlo, nos esse videamur in terra ; tamen audire, quæ loquimur, et insipientiam nostram argui ex multiplicatione sermonum. Alii vero

devons-nous modérer nos paroles. Comme celui qui est tourmenté d'une foule de pensées, songe souvent les choses qui le préoccupent; ainsi tombe dans la folie celui qui veut raisonner trop de la divinité. Or, assurément voici le sens: Nous devons parler peu, parce que même les choses que nous croyons savoir, nous les voyons dans un miroir et sous des images obscures, et que nous n'embrassons comme dans un songe ce que nous pensons tenir. Si nous parlons beaucoup, ce sera selon notre vision, et notre discours aboutira à prouver notre folie, puisque nous serons tombés dans le péché par paroles inutiles.

« Si vous avez fait un vœu à Dieu, ne différez point de vous en acquitter, les insensés sont seuls infidèles. Accomplissez tous les vœux que vous aurez faits. Il vaut mieux ne faire point de vœux que d'en faire et de ne pas les accomplir. » *Eccl.* v, 3, 4. Le sens simple est facile à déduire. Il vaut mieux ne point promettre que de ne pas tenir ses promesses, parce que ceux qui n'accomplissent point leurs vœux déplaisent à Dieu et sont comptés parmi les insensés. Quand il dit : « La volonté n'est pas sur les insensés, » il sous-entend « de Dieu, » comme dans cette parole de l'Apôtre : « Et la volonté n'a pas été que je vinsse maintenant vers vous. » I *Corinth.* xvi, 22. Si nous voulons montrer un sens plus profond, il est prescrit au chrétien de compléter la foi par les œuvres, et de ne pas être semblable aux Juifs, qui promettaient et disaient: « Nous ferons tout ce que Dieu nous a ordonné, » *Exod.* xxxiv, 3, et qui adorèrent les idoles, et, après avoir frappé de verges et lapidé les serviteurs, mirent à mort enfin le fils même du père de famille. Mieux vaut tenir longtemps sa pensée en suspens, que d'être facile à promettre et lent à exécuter. Le serviteur qui a connu la volonté de son maître et qui ne l'a point exécutée, sera rigoureusement châtié. *Luc.* xii, 47.

« Que la légèreté de votre langue ne vous soit point une occasion de péché, et ne dites pas en présence de l'ange : Il ne me voit pas, de peur que Dieu, irrité par vos paroles, ne détruise tous les ouvrages de vos mains. » *Eccl.* v, 5. Mon précepteur hébreu commente ainsi : Ne promettez pas ce que vous ne pouvez tenir. Le vent n'emporte pas vos paroles; l'ange, que chacun a reçu pour gardien, les porte aussitôt au Seigneur, et vous, qui croyez que Dieu ignore votre promesse, vous le provoquez à la colère et au renversement de tous vos ouvrages. En ce qui est dit : « Ne livrez point votre bouche, afin qu'elle ne soit pas pour votre chair une occasion de péché, » mon maître, analysant avec soin la double négation, comprenait ainsi: Ne livrez point votre langue, de peur de pécher. Pour nous, nous apercevons un autre sens. L'Ecclésiaste reprend ceux qui se plaignent de la fragi-

melius intelligentes, hoc præcipi affirmant, ne aut loquentes, aut cogitantes plus de Deo quam possumus, opinemur; sed sciamus imbecillitatem nostram, quod, quantum distat cœlum a terra, tantum nostra opinatio a natura illius separetur; et idcirco debere verba nostra esse moderata. Sicut enim qui in multis cogitationibus est, ea somniat frequenter, de quibus cogitat; ita qui plura voluerit de divinitate disserere, incidit in stultitiam. Vel certe sic : Verba nostra pauca ideo esse debere, quod etiam ea quæ nosse nos arbitramur, per speculum videmus et in ænigmate, et velut somnium comprehendimus, quod tenere nos æstimamus. Cumque plura ut visum nobis fuerit dixerimus, finem disputationis nostræ esse stultitiam. Ex multiloquio enim nos non effugere peccatum.

« Cum votum feceris Deo, ne moreris reddere illud, quia non est voluntas in insipientibus, Quæcumque voveris, redde. Melius est non vovere, quam vovere, et non reddere. » *Eccl.* v, 3, 4. Simplex intelligentia interpretatione non indiget. Melius est non promittere, quam promissa non facere, quia displiceant Deo, et inter insipientes computentur, qui vota non expleant. Quod autem ait : « Non est voluntas in insipientibus » subauditur, *Dei*, juxta illud Apostoli : I *Cor.* xvi, 22 : « Et utique non fuit voluntas, ut nunc venirem ad vos. » Quod si volumus et curiosius aliquid dicere, præcipitur Christiano, ut fidem opere compleat, et non sit similis Judæorum, qui spondentes atque dicentes : « Omnia quæcumque Dominus præcepit, faciemus, » *Exod.* xxiv, 3, adoraverunt idola. Et post verberatos servos, et lapidibus oppressos, novissime ipsum quoque patrisfamilias filium trucidaverunt. Melius est ergo ancipitem diu librare sententiam, quam in verbis facilem, in opere esse difficilem. Servus enim qui scit voluntatem Domini sui, et non faciat eam, vapulabit multis. *Luc.* xii, 47.

« Non des os tuum, ut peccare facias carnem tuam. Et ne dixeris in conspectu angeli, quia ignorantia est; ne irascatur Deus super vocem tuam, et disperdat opera manuum tuarum. » *Eccl.* v, 5. Hebræus ita sensit : Quod non potes facere, ne promittas. Non enim in ventum dicta transeunt, sed a præsenti angelo, qui unicuique adhæret comes, statim efferuntur ad Dominum. Et tu qui putas ignorare

lité de la chair, et prétendent qu'ils sont contraints par la nécessité du corps de faire ce qu'ils ne voudraient pas, *Rom.* VII, 15, et le reste. Ne cherchez pas, dit-il, de vains prétextes, qui vous sont une occasion de péché; ne dites pas : Ce n'est pas moi qui pèche, c'est le péché qui habite dans ma chair. Enfin là où il est écrit : « Ne dites pas en présence de l'ange qu'il y a ignorance de vos actes, » Aquila, interprétant le mot hébreu SEGAGA, au lieu d'*ignorance* a mis ἀκούσιον, c'est-à-dire, c'est *involontaire*. En parlant ainsi, ajoute-t-il, vous accusez Dieu d'être l'auteur du mal et du péché, et dans sa colère, s'il voit que vous possédiez quelque bien, il vous le retire; ou certainement, dès que vous pensez ainsi, il vous livre à un sens réprouvé, et vous faites ce qui ne convient pas.

« De la multitude des songes naissent les vanités et l'abondance inutile des paroles. Craignez Dieu. » *Eccl.* v, 6. Voici comment les Hébreux raisonnent sur ce passage. Ne faites pas ce qui vient d'être dit, de peur de croire facilement à des chimères. Lorsque, pendant le repos de la nuit, vous avez des visions diverses, et que l'âme est agitée de terreurs différentes ou séduite par des promesses, vous méprisez ces images, qui ne sont que des songes. De même, craignez Dieu seul. Celui qui ajoute foi à des chimères, se livre à des vanités et à des inepties. Autre sens. J'ai donné ce précepte : « Ne livrez pas votre langue, de peur que ce ne soit une occasion de péché pour la chair, » et que vous ne cherchiez de vains prétextes : j'ajoute maintenant que dans le sommeil de cette vie et que dans l'ombre de ce nuage plein de fantômes au milieu duquel nous vivons, nous pouvons trouver beaucoup de choses qui nous paraissent, à cause de leur vraisemblance, excuser nos péchés. Je vous avertis donc de songer toujours à la présence de Dieu, de le craindre, sachant que son œil voit vos moindres actions ; souvenez-vous que vous avez été créé libre, que vous n'êtes contraint en rien et que vous voulez bien ce que vous faites.

« Si vous voyez l'oppression sur le pauvre, la rapacité dans le jugement, et les injustices sur la terre, ne vous en étonnez point; le très-haut veille sur le haut; il y a au-dessus des grands un plus grand qu'eux, et il est roi d'un

Deum, quod pollicitus es, provocas eum ad iracundiam, ut omnia opera tua dissipentur. Sed in eo quod ait : « Ut non peccare facias carnem tuam, » *Non* diligenter eventilans, ita intellexi, quasi dixisset : Non des os tuum, ut non (*a*) pecces. Nobis vero aliter sensus videtur, quod arguantur, hi, qui de vitio carnis queruntur et aiunt, se corporis necessitate compulsos ea facere quæ nolint, secundum illud Apostoli; *Rom.* VII, 15 : « Non enim, quod volo, hoc ago, sed quod nolo, » et cætera. Noli itaque, ait, vanas excusationes quærere, et dare occasionem carni tuæ ad peccandum, et dicere : Non ego pecco, sed quod habitat in carne mea peccatum. Denique in eo loco ubi ait : « Ne dixeris coram angelo, quia ignorantia est, » Aquila interpretans verbum Hebraicum SEGAGA, pro *ignorantia*, ἀκούσιον transtulit, id est, *non spontaneum*. Si enim, inquit, hoc dixeris, Deum provocas quasi auctorem mali atque peccati, ut iratus, si quid videris boni habere, auferat de manibus tuis. Vel certe talia sentientem, tradat in reprobum sensum, ut facias ea quæ non conveniunt.

« Quia in multitudine somniorum et vanitates, et verba plurima. Sed Deum time. » *Eccl.* v, 6. Et hunc locum ita Hebræi edisserunt : Nec superiora facias, de quibus jam dictum est, ne facile somniis credas. Cum enim diversa videris per nocturnam quietem, et variis anima fuerit exagitata terroribus, sive incitata promissis, tu ea contemne, quæ somnii sunt. Et solum Deum time. Qui enim somniis crediderit, vanitatibus se et ineptiis tradet. Aliter : Quia dixi atque præcepi : « Non des os tuum, ut peccare facias carnem tuam, » et quæras varias excusationes ; hoc nunc infero, quoniam in somno vitæ istius, et in imagine umbræ nobis, qua vivimus, multa possumus invenire, quæ nobis verisimilia videantur, et nostra excusare peccata. Propterea admoneo, ut id solum caveas, ne putes absentem Deum, sed eum timeas, et scias cunctis operibus tuis adesse præsentem ; teque liberi arbitrii conditum non cogi, sed velle quod facias.

« Si calumniam pauperis, et rapinam judicii, et injustitias videris in regione, ne mireris super negotio ; quia excelsus super excelsum custodit, et excelsior est super illos et amplius terræ in omnibus est rex in agro culto. » *Eccl.* v, 7. Christi tunica contexta desuper, *Joan.* XIX, *Luc.* VIII, nec a crucifigentibus scindi potuit, et eum a quo Salvator dæmonia ejecerat, Apos-

(*a*) « Non des os tuum, ut non pecces. » Hic locus ex absentia particulæ negantis non potest intelligi in antea editis libris ; neque vero dicere potuit Hieron. Hebræum suum præceptorem non diligenter eventilasse quod dicitur, si ita intellexit quasi Ecclesiastes dixisset : « Non des os tuum, ut pecces. » Nam idem est, *ut pecces*, ac « ut peccare facias carnem tuam ; » in eo igitur minori diligentia contextum sacrum eventilavit Hebræus, quod putaverit particulam negativam לא *lo*, id est, *non*, expressam esse, vel subintelligendam in hoc loco, *ut non pecces*. Quæ lectio optime respondet interpretationi superiori ejusdem Hebræi dicentis, « Quod non potes facere, ne promittas. » Hoc est enim dicere : Ne des os tuum ad promissa temere facienda, ut quod non potes promittas, atque pecces non implendo quæ promisisti. Legamus itaque cum mss. codicibus *ut non pecces ;* quia hoc modo sensus Hebræi liquidus apparet. MARTIAN.

champ cultivé de plus d'étendue que tous les royaumes ensemble. » *Eccl.* v, 7. La tunique de Jésus-Christ étant sans couture et d'un seul tissu, *Joan.* XIX, *Luc.* VIII, ne peut être coupée par ses bourreaux ; et le Sauveur ordonna à l'homme qu'il avait délivré des démons de s'en aller revêtu du vêtement d'apôtre. Efforçons-nous à notre tour de ne pas couper le manteau de notre Ecclésiaste et de ne pas rassembler de part et d'autre, selon nos caprices, des pans d'opinions diverses ; conservons dans la discussion du texte l'unité du sens et l'ordre des idées. Il avait dit plus haut : « Ne dites pas en présence de l'ange qu'il ignore vos actions, de peur que Dieu ne soit irrité par vos paroles, » et le reste ; il parlait contre ceux qui nient l'administration de l'univers par la Providence. Contre son précepte s'élevait une question: Pourquoi les justes souffrent-ils l'oppression, tandis que les injustices sont toutes-puissantes dans tout l'univers, sans que Dieu venge les justes ; il pose maintenant lui-même l'objection et la résout en ces termes : Si vous voyez l'oppression sur le pauvre, que l'Evangile proclame bienheureux, et la violence dominer partout au lieu de la justice, ne vous en étonnez point comme d'une chose nouvelle. Le très-haut au-dessus des plus hauts voit ces choses, Dieu qui a préposé ses anges au-dessus des juges et des rois de la terre. Les anges pourraient assurément empêcher l'injustice, ayant plus de pouvoir sur la terre que puissance humaine quelle que ce soit ; mais Dieu réserve le jugement pour la fin, à la consommation du monde, quand, la moisson étant mûre et les moissonneurs venus, il ordonnera de séparer le froment, et de livrer l'ivraie aux flammes. Maintenant il attend, il diffère la sentence, jusqu'à ce que le champ de ce monde ait été cultivé. Pour ce qui est d'entendre le monde par le mot champ, notre Seigneur nous donne l'exemple dans la parabole du froment et de l'ivraie. *Matth.* XIII.

« Celui qui aime l'argent n'en sera jamais rassasié, et celui qui aime les richesses n'en jouira point. C'est encore là une vanité. Où il y a beaucoup de bien, il y a aussi beaucoup de gens pour le manger. De quelle utilité est-il donc à celui qui le possède, sinon qu'il le voit de ses yeux ? » *Eccl.* v, 7, 8. Partout où nous mettons argent, conformément à l'ambiguïté du langage grec, on peut écrire aussi pécune, ἀργύριον signifiant l'un et l'autre. Or, Tullius rapporte qu'on appelait primitivement pécunieux ceux qui avaient plusieurs pécules, c'est-à-dire, troupeaux, *pecora*. Ainsi, très-anciennement la pécune était la richesse en troupeaux. Peu à peu par abus, le nom a été donné à l'argent comptant. Il s'agit donc de l'avare, insatiable de trésors, et qui désire d'autant plus avoir qu'il possède davantage. La pensée d'Horace est d'accord avec cette maxime : « L'avare, dit-il, a toujours besoin ; »

tolorum indutum vestimentis abire præcepit. Itaque et nos nitamur Ecclesiastæ nostri vestimenta non scindere, nec pro voluntate nostra opinationum pannos hinc inde consuere, sed unum disputationis servare textum, et eumdem sensum, et ordinem sequi. Supra dixerat : « Ne dixeris in conspectu angeli, quoniam ignorantia est, ne irascatur Deus super vocem tuam, » et reliqua ; et adversus eos fuerat locutus, qui negarent providentia res humanas regi. Quia igitur adversus hoc præceptum suboriebatur quæstio, quare justi calumniam sustinerent, et quare iniqua fiant in toto orbe judicia, et non est ultor Deus, nunc infert et solvit, quod opponi poterat, dicens : Si videris calumniam pauperis, qui beatus in Evangelio prædicatur, et res vi geri, non justitia, ne mireris, et tibi novum aliquid esse videatur. Excelsus quippe super excelsos hæc respicit Deus, qui angelos suos super judices et reges terræ præposuit, qui possunt utique prohibere injustitiam, et magis in terra valere, quam quævis hominum potestates. Sed quoniam servat in fine judicium, et in consummatione mundi, quando cum matura seges fuerit, et messores venerint, jussurus est, ut separetur triticum, et lolium tradatur incendio, ideo nunc exspectat et differt sententiam, quamdiu ager mundi istius excolatur. Quod autem ager interpretetur mundus, Dominus in parabola zizaniorum et tritici exposuit. *Matth.* XIII.

« Qui diligit argentum, non implebitur argento, et qui diligit divitias, non fruetur eis. Sed et hoc vanitas. In multitudine enim bonorum multi sunt, qui comedunt ea, et quæ est fortitudo habenti illa, nisi ut videat oculis suis? » *Eccl.* v, 7, 8. Ubicumque argentum ponimus, secundum Græci sermonis ambiguitatem, potest et pecunia transferri : ἀργύριον quippe utrumque significat. Porro Tullius pecuniosos primitus eos dictos refert, qui plura habuissent (*a*) peculia, id est, pecora. Ita enim ea antiquitus appellabant. Paulatim autem per abusionem nomen ad aliud devolutum est. Avarus igitur describitur, quod nunquam

(*a*) « Porro Tullius pecuniosos, » etc. Pecuniosorum et locupletum proprietatem, inquit Nonius, aperuit M. Tullius de Senectute a pecore pecuniosos, et a possessionibus locorum locupletes appellatos asserens, multaque ditione ovium et boum, quod tunc erat res in pectore et locorum possessionibus, ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur. MARTIAN.

Epistol. I, 2, *ad Lollium*; « ni la disette ni l'abondance ne diminuent l'avarice, » a dit un illustre historien. Ainsi, continue l'Ecclésiaste, les richesses ne servent de rien à leur possesseur, sinon qu'il voit de ses yeux ce qu'il possède. Plus sa fortune sera considérable, et plus il y aura de gens pour dévorer les épargnes faites. Pour lui, il ne peut que voir ce qu'il a sans qu'il lui soit possible de prendre plus de nourriture qu'il n'en faut à un seul homme.

« Le sommeil est doux à celui qui travaille, qu'il ait peu ou beaucoup mangé; le riche est si rempli de viandes, qu'il ne peut dormir.» *Eccl.* v, 9. Il s'agit encore du riche et de l'avare comparés à l'homme qui travaille. Celui-ci dort exempt de sollicitude, qu'il ait peu ou beaucoup mangé, en ce que les fatigues du travail activent la digestion de n'importe quel mets et qu'il jouit lui-même d'un doux sommeil. Le riche, au contraire, distendu par les viandes, et tourmenté en tous sens par ses pensées, ne peut dormir, tant il regorge de boissons et de chère indigeste bouillonnant dans les étroits passages de l'estomac. Or, on appelle aussi sommeil notre commun départ de cette vie; le repos de celui qui travaille en ce monde et vaque aux bonnes œuvres selon ses forces sera donc meilleur que celui des riches dont il est écrit : « Riches, malheur à vous, parce que vous avez reçu votre consolation.» *Luc.* VI, 24.

« Il y a un plus grand mal que j'ai vu sous le soleil : des richesses conservées pour le malheur de celui qui les possède, et qui périssent en le déchirant de mille soins cuisants, en sorte qu'il aura mis au monde un fils qui sera réduit à une extrême pauvreté. Cet homme est sorti nu du sein de sa mère, et il s'en retournera nu, comme il vint, sans rien emporter de son travail, sans que rien s'en aille en ses mains. C'est là vraiment une misère bien déplorable; il s'en retournera comme il est venu. De quoi donc lui sert d'avoir tant travaillé dans le vent? Tous les jours de sa vie il a mangé dans les ténèbres, et dans les tourments sans nombre, et dans les chagrins amers, jusqu'à en être malade. » *Eccl.* v, 10-15. Joignez ce passage à ce qui précède. Le riche de l'Ecclésiaste est celui qui ne peut pas jouir lui-même de ses richesses pour lesquelles il est souvent entraîné à sa perte, ni laisser à un héritier ce qu'il a ramassé; et lui-même et son fils s'en retournent nus au sein de

opibus expleatur, et quanto plus habuerit tanto plus cupiat. Flacci quoque (*a*) super hoc concordante sententia, qui ait, (*Horat. l.* I, *Epistolar.*, *epist.* 2, *ad Lollium* :

Semper avarus eget.

et nobilis historici, (*b*) quod avaritia, neque inopia, neque copia minuatur. Nihil ergo, inquit Ecclesiastes, prosunt divitiæ possidenti, nisi hoc solum ut videat quæ possidet. Quanto enim major fuerit substantia, tanto plures ministros habebit, qui opes devorent congregatas. Ille autem videat tantum, quod habet, et plus quam unius hominis cibus capere non possit.

« Dulcis somnus operanti, sive paululum, sive plus comederit. Et saturitas divitis non sinit eum dormire. » *Eccl.* v, 9. Adhuc de divite et avaro sermo est, et comparatur operanti, et absque sollicitudine dormienti, sive parum, sive multum comederit, quod ille labore operis et sudore qualemvis cibum digerat, et dulci somno perfruatur. Dives vero distentus dapibus et cogitationibus in diversa laceratus, dormire non valcat, redundante crapula et incocto cibo in stomachi angustiis æstuante. Porro, quia somnus et communis de hac vita exitus appellatur, melior erit requies ejus qui operatur in præsenti, et secundum vires suas in bonis operibus conversatur, quam eorum divitiæ, et de quibus scribitur : « Væ vobis divitibus, quia recepistis consolationem vestram. » *Luc.* VI, 24.

« Est languor pessimus, quem vidi sub sole, divitias custodiri a domino in malum ejus. Et perierunt divitiæ illæ in distentione pessima. Et genuit filium, et non est in manibus ejus quidquam. Sicut exivit de utero matris suæ, nudus revertetur, ut venit, et nihil tollet laboris sui, ut vadat in manibus ejus. Sed et hoc languor pessimus, quia sicut venit, sic et vadit. Quid ergo habebit amplius, quia laboravit in ventum? Et omnibus diebus suis in tenebris comedet, et in indignatione plurima, et in infirmitate, et in iracundia. » *Eccl.* v, 10, 15. Cum superiore junge quod sequitur, Ecclesiaste divitem describente, qui nec ipse possit suis divitiis perfrui, et crebro propter eas in discrimen ve-

(*a*) « Flacci quoque super hoc. » etc. Flaccus, id est, Horatius Epistolarum lib. I, epist. 2, ad Lollium :

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.
Semper avarus eget. Certum voto pete finem.
Invidus alterius rebus macrescit opimis. MARTIAN.

(*b*) « Et nobilis historici. » Eadem replicat in Epitaphio Paulæ matris, dicens : « Ne consuetudine plus habendi præberet locum avaritiæ, quæ nullis expletur opibus, et quanta amplius habuerit, plus requirit, et neque copia, neque inopia minuitur. » Verba sunt Sallustii de conjuratione Catilinæ, pag. 8 et 9, ubi nobilis Historicus ait : « Huic quia bonæ artes desunt, dolis atque fallaciis contendit, avaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupivit. Et quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat : semper infinita, insatiabilis est, neque copia, neque inopia minuitur. MARTIAN.

la terre, comme ils sont venus, et aucun fruit de leur travail ne les y accompagne. N'est-ce point la misère la plus déplorable que d'être ainsi tourmenté par la soif des richesses et d'acquérir par un labeur inutile, dans la tristesse, dans les gémissements, dans l'irritation, dans les procès, des biens périssables, que nous ne pouvons pas emporter avec nous en mourant? Voilà le sens littéral. A un point de vue plus élevé, l'Ecclésiaste me paraît parler des philosophes ou des hérétiques, qui rassemblent pour leur malheur les richesses des dogmes, dont après les avoir trouvées, ils ne peuvent retirer quelque utilité pour eux-mêmes, ni léguer un fruit éternel à leurs sectateurs. Eux-mêmes et leurs disciples retournent dans la terre, et perdent ces richesses selon celui qui a dit : « Je perdrai la sagesse des sages, et je réprouverai la science des savants. » I *Corinth.* I, 19. Et vraiment, nus ils sont sortis du sein de leur mère, c'est-à-dire, d'une Eglise d'erreur opposée à celle dont il est écrit : « La Jérusalem d'en haut est libre, et c'est elle qui est notre mère, » *Galats.* IV, 26, et nus ils retourneront au vent, après avoir travaillé en vain. Ils se sont noyés en sondant le grand secret; *Psalm.* LXIII, 7; emportés à tout vent de doctrine, ils n'ont pas la lumière et mangent leurs mystères dans les ténèbres. Ils sont toujours dans la maladie, toujours dans l'irritation, thésaurisant devers eux la colère pour le jour de la colère, et n'ayant pas Dieu propice.

« J'ai donc jugé que le bien, le souverain bien est de manger et boire, et de chercher le plaisir dans tout travail sous le soleil, pendant les jours de la vie que Dieu a donnés à l'homme ; tel est notre lot. Cela même est un don de Dieu, qu'à tout homme, à qui Dieu a donné les richesses et l'abondance, il ait accordé le pouvoir de s'en nourrir, et de prendre sa part, et de se réjouir en son travail. Cet homme se souviendra peu des jours de sa vie, parce que Dieu occupe son cœur dans la joie. » *Eccl.*, V, 15-18. A celui qui mange ses biens dans les ténèbres des chagrins et porte avec grand ennui le fardeau de soins périssables, l'Ecclésiaste préfère celui qui jouit du fruit de son travail. Ici, il y a du moins quelque jouissance dans l'usage, tandis que là, il n'y a que l'abîme des sollicitudes. Il explique comment le pouvoir de jouir de ses richesses est un don de Dieu : cet homme « se souviendra peu des jours de sa vie. » Dieu en effet l'appelle dans la joie de son cœur; il ne sera pas dans la tristesse, les pensées ne le tourmenteront point, il sera tout à sa joie et à son bonheur présent. Mais il est mieux de rapporter ce passage, conformément à l'Apôtre, II *Corinth.* X, 3, à la nourriture spirituelle et à la spirituelle boisson que Dieu nous a données, et de voir le bien en tout notre labeur, parce que, grâce

niat, nec hæredi, quod congregavit, relinquat; sed et ipse et filius ejus, sicut venerunt nudi revertantur in terram, et nihil eos suorum comitetur laborum. Nonne enim languor est pessimus, pro divitiis cogitatione torqueri, et perituras opes, nec quas nobiscum possumus auferre morientes, in tristitia, in gemitu, in indignatione, in litibus, casso labore conquirere? Et hæc secundum simplicem sensum. Cæterum ut altius elevemur, de philosophis mihi videtur, vel hæreticis dicere, qui congregant divitias dogmatum in malum suum, et nec repertores utilitatem possunt aliquam consequi, nec sectatoribus suis fructum relinquere perpetuum. Sed et ipsi et discipuli vertuntur in terram, et perdunt divitias ab eo qui dixit : « Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo. » I *Cor.* I, 19. Vere quippe, sicut egressi sunt de utero matris suæ, de perversa videlicet Ecclesia, ejusque contraria, de qua scriptum est : « Quæ autem sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum, » *Galat.* IV, 26, sic nudi vadent in ventum, et in nihilum laborantes. Qui defecerunt scrutantes scrutinio, *Psal.* LXIII, 7, et feruntur omni vento doctrinæ, nec habent lucem, sed in tenebris sua comedunt sacramenta. Semper in infirmitate, semper in iracundia sunt thesaurizantes sibi iram in die iræ, nec habentes propitium Deum.

« Ecce quod vidi ego bonum, quod est optimum, comedere, et bibere, et cernere jucunditatem in omni labore suo, quo laboravit sub sole, numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus, hæc quippe est pars ejus. Sed et omnis homo, cui dedit Deus divitias et substantiam, concessitque ei, ut vesceretur ex eis, et tolleret partem suam, et lætaretur de labore suo, hoc Dei donum est. Non enim multum recordabitur dierum vitæ suæ, quia Deus occupat in lætitia cor ejus. » *Eccl.*, V, 15-18. Ad comparationem ejus, qui opibus suis in curarum tenebris vescitur, et cum grandi vitæ tædio peritura comportat, meliorem dicit esse eum, qui præsentibus fruitur. Hic enim vel parva voluptas est in fruendo, ibi vero sollicitudinum tantummodo magnitudo. Et reddit causas, quare Dei donum sit frui posse divitiis. Quoniam, « non multum recordabitur dierum vitæ suæ. » Avocat quippe eum Deus in lætitia cordis sui ; non erit in tristitia, non cogitatione vexabitur, abductus lætitia et voluptate præsenti. Sed melius est juxta Apostolum, I *Cor.* X, 3, spiritualem

à la persévérance dans le travail et l'étude, nous pouvons contempler les vrais biens. Notre lot ici-bas consiste à nous réjouir en nos études et en nos œuvres. Quoique ce soit un bien, ce n'est pas encore le bien absolu, jusqu'à ce que Jésus-Christ notre vie se soit manifesté. Aussi Dieu se souviendra-t-il peu des jours de notre vie. Notons qu'ici περισπασμός est pris en bonne part, dans le sens d'occupation spirituelle enfantant la vraie joie.

« J'ai vu aussi sous le soleil un mal fort ordinaire parmi les hommes. Il y a tel homme à qui Dieu a donné des richesses, du bien, de l'honneur, en sorte qu'il ne lui manque rien de tout ce qu'il peut souhaiter ; mais Dieu ne lui donne pas le pouvoir d'en user, et un étranger dissipe tout. C'est là une vanité et une grande misère. Alors même qu'un homme engendrerait cent enfants, vivrait beaucoup d'années et ajouterait les siècles de sa vie comme on ajoute les jours, si son âme était insatiable de biens et qu'il n'eût pas même un tombeau, je dis que son sort serait pire que celui d'un enfant mort-né. Il est venu en vain, il marche dans les ténèbres et son nom tombera dans les ténèbres ; et celui-ci a plus de repos que lui, puisqu'il n'a ni vu ni connu le soleil. Vivrait-il deux mille ans, dès qu'il ne voit pas le bien, est-ce que toutes choses ne sont pas au même lieu ? » *Eccl.*, VI, 1-6. Il parle du riche avare. C'est, dit-il, un mal fréquent parmi les hommes qu'il ne manque rien à cet avare de tout ce qu'on regarde en ce monde comme des biens, et que cependant il se condamne à la plus sotte des parcimonies, gardant à d'autres ses biens à dévorer. Il ajoute hyperboliquement que, engendrerait-il cent enfants et vivrait-il, non pas près de mille ans, comme Adam, mais deux mille même, si son âme est en proie à l'avarice et à la cupidité, son sort est beaucoup plus à plaindre que celui d'un enfant mort-né. Celui-ci n'a vu ni les biens ni les maux ; l'autre au contraire, au milieu de l'abondance, a toujours été le martyr de ses tristesses et de sa pensée. L'enfant mort-né a donc plus de repos que cet avare qui vit si longtemps ; et pourtant une même fin leur est réservée, puisqu'ils deviennent également l'un et l'autre la proie de la mort. Tout cela peut s'appliquer à Israël, à qui Dieu avait donné la Loi, les Prophètes, le Testament et la promesse, et dont le Sauveur a dit : « Le royaume de Dieu vous sera ôté et sera donné à un peuple qui en portera les fruits. » *Matt.* XXI, 43. Tous ces biens ont été transportés à un peuple étranger, aux plus lointaines nations, et les Israélites voient leurs biens et n'en jouissent pas. Notre condition est bien meilleure, à nous, qu'ils regardaient comme des enfants morts-nés ou comme des nourrissons, pendant qu'ils s'applaudissaient de leur haute antiquité, se glorifiant de leurs ancêtres et disant : « Abraham est notre père ; » *Joan.* VIII, 39 ; et cependant nous allons eux et nous vers le même lieu, c'est-à-dire, vers le

escam et spiritualem potum a Deo datum intelligi, et videre bonitatem in omni labore suo, quia ingenti labore et studio vera possumus contemplari bona. Et hæc est pars nostra, ut in nostro studio et labore lætemur. Quod licet bonum sit, tamen, donec Christus manifestetur vita nostra, necdum plene bonum est. Et ideo non multum recordabitur Deus dierum vitæ nostræ. Notandum quoque, quod hic περισπασμός in meliori parte accipitur pro occupatione spiritualis veræque lætitiæ.

« Est malum, quod vidi sub sole, et frequens apud homines. Vir cui dedit Deus divitias, et substantiam, et gloriam, et nihil deest animæ ejus ex omnibus, quæ desideravit, et non dedit ei Deus potestatem, ut manducaret ex eo, sed vir alienus comedit illud. Hæc vanitas est et languor pessimus. Si genuerit vir centum, et annis multis vixerit, et plures fuerint dies annorum ejus, et anima ejus non repleatur bonis, nec sepulcrum fuerit illi, dixi melius ab eo esse abortivum. In vanitate quippe venit, et in tenebris vadit, et in tenebris nomen ejus abscondetur. Et quidem solem non vidit, nec cognovit, requies huic magis quam illi. Et si vixerit mille annos duplices, et bonitatem non vidit, nonne ad locum unum omnia properant ? » *Eccl.*, VI, 1-6. Describit avarum divitem, et hoc malum frequens esse in hominibus asserit, quod nihil eorum, quæ in mundo putantur bona, ei desit, et nihilominus stultissima parcitate se cruciet, aliis devoranda conservans. Necnon et illud hyperbolice adjicit, quod etiam si centum liberos procreaverit, et non, ut Adam, prope mille, sed duobus millibus vixerit annis, et anima ejus cupiditate et avaritia contabescat, multo deterioris conditionis sit abortivo, qui statim ut natus videtur, interiit. Ille enim nec mala vidit, nec bona ; iste vero, cum bona possederit, semper tristitiis et cogitatione cruciatus est ; magisque requiem habeat abortivus, quam avarus ille longævus, et tamen ambo æquali fine rapiantur, dum et hic et ille morte simili subtrahuntur. Potest hoc et de Israel accipi, quod dederit illi Deus Legem et Prophetas, Testamentum et repromissionem, Salvatore dicente : « Quia auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus. » *Matt.* XXI, 43. Hæc omnia ad alienum et peregrinum de gentibus translata sint populum, et videant

jugement de Dieu. Ces mots du milieu : « Il n'eut même pas un tombeau, » ou bien signifient que ce riche ne pense pas à la mort, et se montre avare même pour la construction de son tombeau, lui qui a tous les biens ; ou que périssant dans les embûches, à cause de ses richesses, ce qui arrive souvent, il demeure sans sépulture ; ou, selon un sens qui me semble meilleur, qu'il n'a fait aucune bonne œuvre qui puisse faire vivre sa mémoire dans la postérité et sauver sa vie de l'oubli où tombe celle de la brute, alors qu'il avait tant de moyens de laisser des traces de son passage ici-bas.

« Tout le travail de l'homme est en sa bouche, et son âme n'est point rassasiée. Qu'a de plus le sage que l'insensé, qu'a de plus le pauvre ? Il sait qu'il va vers la vie. » *Eccl.*, VI, 7, 8. Tous les fruits des travaux de l'homme en ce monde, la bouche les consomme, les dents les broient et l'estomac les reçoit pour les digérer. Quand l'aliment a quelque peu flatté le palais, il paraît nous donner quelque jouissance tant qu'il n'a pas dépassé le gosier. Dès que ce passage est franchi, toute différence cesse entre les aliments. Et ensuite, l'âme de celui qui mange n'est pas satisfaite ; soit qu'elle désire encore de la nourriture, le sage aussi bien que l'insensé ne pouvant vivre sans manger, et le pauvre ne cherchant que ce qui est indispensable à son maigre corps pour ne pas mourir d'inanition ; soit que l'âme ne retire aucun profit de la réfection du corps, le manger étant commun au sage et à l'insensé, et le pauvre allant où il sait qu'il y a du bien. Toutefois, il est mieux d'entendre ce passage de l'homme adonné aux saintes études, qui, versé dans les Ecritures divines, a tout son travail dans la bouche, et son âme n'est point rassasiée, puisqu'elle désire sans cesse d'apprendre encore. En cela le sage a plus que l'insensé ; se sentant pauvre, comme l'est ce pauvre que l'Evangile proclame bienheureux, il se hâte vers la possession des biens de la vraie vie, il marche dans la voie étroite et difficile qui conduit à la vie, il est pauvre d'œuvres mauvaises et sait où demeure Jésus-Christ qui est la vie.

« Il vaut mieux marcher selon la prévoyance des yeux que dans l'âme. Ceci encore est vanité et présomption d'esprit » *Eccl.* VI, 9. Symmaque a interprété cela plus clairement : « Il vaut mieux prévoir que marcher selon son caprice ; » c'est-à-dire, il vaut mieux faire toutes choses d'après le bon sens, qui est l'œil de l'âme, que suivre la volonté de son cœur. Ceci est en effet marcher dans l'âme, et à ce propos Ezéchiel a dit : « Ceux qui marchent dans la volonté de leur cœur après les scandales, » *Ezech.* XI, 21. Ou certainement Salomon blâme le superbe infatué de lui-même, et préfère l'homme qui prévoit tout à celui à qui rien ne plaît que ce qu'il fait lui-même ; rien de

illi bona sua, et non fruantur. Multoque nos conditionis esse melioris, qui quasi abortivi et novelli putabamur ab eis, qui sibi in antiquitate applaudebant de patribus gloriantes atque dicentes : « Pater noster est Abraham ; » *Joan.* VIII, 39 ; et tamen ad unum locum et nos et illos properare, id est, ad judicium Dei. Quod autem in medio ait : « Et quidem sepulcrum non fuit ei ; » sive hoc significat, quod dives ille de sua morte non cogitet, et cum omnia possideat, etiam in exstructione sepulcri avarus sit ; sive quod sæpe propter istas divitias occisus insidiis, insepultus abjiciatur ; sive, quod melius puto, nihil boni facinoris egerit, ex quo sibi queat apud posteros memoriam comparare, et non vitam silentio transire, velut pecudes, cum habuerit materiam, per quam potuerit apparere quod vixerit.

« Omnis labor hominis in ore ipsius, et quidem anima non implebitur. Quid enim est amplius sapienti a stulto, quid pauperi, nisi scire, ut vadat contra vitam ? » *Eccl.*, VI, 7, 8. Omne quod laborant homines in hoc mundo, ore consumitur, et attritum dentibus ventri traditur digerendum. Cumque paululum gulam delectaverit, tamdiu videtur tribuere voluptatem, quamdiu gutture continetur. Cum vero in alvum transierit, desinit inter cibos esse distantia. Et post hæc omnia, non impletur anima comedentis ; sive quod rursum desideret quod comedit, et tam sapiens quam stultus absque cibo nequeat vivere, et pauper nihil aliud quærat, nisi quomodo (al. *quod*) possit organum sui corpusculi sustentare, nec interire inedia ; sive quod nullam utilitatem anima ex refectione corpusculi capiat, et cibus tam sapienti quam stulto communis sit, et illuc vadat pauper, ubi opes esse perspexerit. Melius est autem hoc intelligi de Ecclesiastico viro, qui in Scripturis cœlestibus eruditus, omnem laborem habet in ore suo, et anima ejus non impletur, dum semper cupit discere. Et in eo plus habet sapiens, quam insipiens, quia cum pauperem esse se sentiat (pauperem autem illum, qui in Evangelio beatus dicitur) properat ad ea comprehendenda, quæ vitæ sunt, et ambulat arctam et angustam viam, quæ ducit ad vitam, et pauper est a malis operibus, et scit ubi Christus qui vita est, commoretur.

« Melior est aspectus oculorum super ambulantem in anima. Sed et hoc vanitas et præsumptio spiritus. » *Eccl.*, VI, 9. Dilucide hoc interpretatus est Symmachus,

plus pernicieux que cela et rien de plus vain. Ici encore Symmaque et Théodotion ont rendu par *vent dont on se nourrit*, et Symmaque par *affliction d'esprit*. Il faut donc savoir que chez les Hébreux esprit et vent se disent la même chose, c'est-à-dire Ruha.

« Qu'est-ce qui doit être? Son nom est déjà prononcé et connu; il est homme, et ne pourra pas être comparé à un plus fort que lui. » *Eccl.* vi, 10. Prédiction manifeste de la venue du Sauveur, en ce que celui qui doit être, avant qu'il ait été vu dans le corps, a déjà été nommé dans les Ecritures et connu des prophètes et des Saints de Dieu; parce qu'il est homme et en tant seulement qu'il est homme, il ne peut se comparer au Père, et il dit dans l'Evangile: « Le Père qui m'a envoyé, est plus grand que moi.» *Joan.* xiv, 28. Aussi dans ce qui suit est-il recommandé de ne pas nous enquérir de lui au delà de ce qui en est écrit, de peur que l'homme ne veuille savoir plus que l'Ecriture n'en atteste. Lorsque nous ignorons notre propre condition, que notre vie passe comme une ombre et que l'avenir est incertain, il ne nous est pas nécessaire de nous enquérir de choses au-dessus de notre portée. Voici, d'après quelques interprètes, un autre sens de ce passage. Dieu connaît de toute éternité le nom de tous ceux qui doivent exister et de tout homme qui doit être revêtu d'un corps; et l'homme ne peut arguer contre son auteur de ce qu'il a été fait d'une manière ou d'une autre. Plus nous nous creusons l'esprit à cet égard, et plus éclate notre vanité dans l'inutilité de nos discours; non, la prescience divine n'enlève rien à la plénitude de notre libre arbitre, et chaque chose est un effet précédé de la cause en vertu de laquelle elle a été faite ce qu'elle est.

« Il y a beaucoup de paroles qui ne sont que vanité multipliée par la vanité. Qu'en revient-il de plus à l'homme? Qui sait ce qui est bon pour l'homme en cette vie, dont les jours sont pour un temps de vanité? Qu'il les considère comme une ombre, personne ne pouvant lui annoncer ce qui sera après lui sous le soleil.» *Eccl.* vi, 11, 12. L'homme s'ignore lui-même et, loin de voir les choses selon leur réalité, il les connaît dans un miroir, sous des images obscures; il ignore l'avenir et l'abondance des discours stériles le conduit au péché; qu'il impose donc silence à sa bouche, se contentant de croire à la venue de celui qui est prédit, sans s'inquiéter de savoir qui viendra, et comment il viendra, et quelle sera sa puissance.

« La bonne réputation vaut mieux que l'huile

dicens: « Melius est providere, quam ambulare, ut libet; » id est, melius est juxta sensum cuncta agere, qui animæ est oculus, quam voluntatem cordis sequi. Hoc est enim ambulare in anima, sicut Ezechiel ait: « Qui ambulant in voluntate cordis sui. » *Ezech.* xi, 21. Vel certe superbum et sibi placentem arguit, et meliorem dicit esse eum qui cuncta provideat, quam illum cui nihil placet, nisi quod ipse fecerit; quo nihil est deterius, et omni vento inanius. Rursum et hic « præsumptionem spiritus, » Aquila et Theodotio, « pastionem venti, » interpretati sunt; Symmachus vero « afflictionem spiritus. » Porro sciendum est, quod apud Hebræos, et spiritus et ventus similiter appellentur, id est, Ruha.

« Quid est, quod futurum est? jam vocatum est nomen ejus, et cognitum, quia homo est, et non poterit judicari cum fortiore se. » *Eccl.*, vi, 10. Aperte de Salvatoris prædicatur adventu, quod qui futurus est, antequam in corpore cerneretur, jam vocatum est in Scripturis nomen ejus, et cognitum prophetis et sanctis Dei, quia homo sit, et juxta hoc quod homo est, non possit se conferre cum Patre, et in Evangelio dicat: « Pater qui me misit, major me est » *Joan.* xiv, 28. Unde et in consequentibus præcipitur, ne ultra quam de eo nobis scriptum est, requiramus, ne velit homo plus scire, quam Scriptura testata est. Cum enim de statu nostro ignoremus, et vita nostra quasi umbra pertranseat, et futura incerta sint, non nobis expedit, ut majora, quam possumus, inquiramus. Nonnulli illud in hoc loco significari putant, quod omnium, qui futuri sunt, et hominum corpore circumdandi, jam Deus vocabulum noverit; nec possit homo respondere contra artificem suum, quare ita vel ita factus sit. Quanto enim amplius quæsierimus, tanto magis ostendi vanitatem nostram et verba superflua; et non ex præscientia Dei liberum tolli arbitrium, sed causas ante præcedere, quare unumquodque sic factum sit.

« Quia sunt verba multa multiplicantia vanitatem. Quid est amplius homini? Quis enim cognovit quid sit bonum homini in vita, numero dierum vitæ vanitatis ejus? et faciet eos quasi umbram, quia quis annuntiabit homini, quid sit post eum sub sole? » *Eccl.*, vi, 11, 12. Cum, inquit, ignoret homo de statu suo, et quæcumque videtur scire et cernere, non ut se rei habet veritas, sed per speculum et umbram et imaginem videat, nec futura cognoscat, et in multiloquio non effugiat peccatum; silentium ponat ori suo, et credat eum venisse qui scriptus est, quomodo et quantus, et qualis venerit, non requirens.

« Bonum est nomen super oleum bonum, et dies mortis super diem nativitatis ejus. » *Eccl.*, vii, 7. Considera, inquit, o homo, dies tuos breves, et quia

la meilleure, et le jour de la mort est préférable à celui de la naissance.» *Eccl.* VII, 1. N'oublie pas, ô homme, la brièveté de la vie, la prompte dissolution de la chair, la fin imminente de ton existence; fais-toi une réputation durable, afin que la postérité la plus reculée trouve des charmes à se souvenir de toi, comme l'odorat à recevoir les senteurs d'un agréable parfum. Symmaque interprète à merveille cette maxime : «La bonne réputation, dit-il, vaut mieux que le plus suave parfum.» Les Hébreux en effet avaient coutume d'étendre le nom d'huile aux parfums précieux. Pour les mots : « Et le jour de la mort est préférable à celui de la naissance, » ils signifient, ou qu'il vaut mieux sortir de ce monde, ce qui met un terme aux tribulations et aux incertitudes de la vie, qu'y entrer pour y supporter tous ces maux; ou certainement que ce que nous sommes à la mort est connu, tandis qu'au jour de la naissance on ignore ce que nous serons; ou bien encore que la naissance rend l'âme prisonnière du corps, tandis que la mort la met en liberté.

« Il vaut mieux aller à une maison de deuil qu'à une maison de festin ; dans celle-là on est averti de la fin de tous les hommes, et celui qui est vivant donne cet avis à son cœur.» *Eccl.* VII, 2. Il est plus utile d'assister à des funérailles que d'aller à une maison de festin, parce qu'aux funérailles la présence du cadavre nous avertit de la fragilité de la condition humaine, tandis que dans la joie d'un festin nous perdons toute crainte, s'il en existait en notre esprit. Symmaque traduit plus clairement le dernier verset : « Et celui qui est vivant fait un retour sur l'état de son âme. » Ceci prouve que Salomon, quand tout à l'heure il paraissait approuver le boire et le manger, ne mettait pas la volupté au-dessus de toutes choses, comme beaucoup l'en accusent à tort; il dit seulement que, plutôt que de se laisser aller à l'avarice et à une parcimonie trop grande, il vaut mieux pour un homme jouir ici-bas du fruit de ses travaux, bien que cette jouissance soit éphémère. Il n'aurait assurément pas regardé la tristesse d'un deuil comme préférable à la joie d'un festin, s'il avait pensé que manger et boire fussent un vrai bien.

« Le refrognement vaut mieux que le rire, parce que sous l'abattement du visage le cœur se corrige. » *Eccl.* VII, 3. Le rire pousse à la dissipation, l'air sévère réprime et corrige. Soyons sévères à nous-mêmes, quand nous péchons, et sévères aux fautes d'autrui. La tristesse du visage rendra l'âme meilleure, pour nous servir de la traduction de Symmaque ; « malheur » en effet «à ceux rient maintenant, parce que leurs rires seront changés en larmes. » *Luc.* VI, 25.

« Le cœur des sages est dans la maison de deuil, et le cœur des insensés dans la maison de joie. » *Eccl.* VIII, 4. « Bienheureux ceux qui

cito esse, soluta carne, cessabis ; fac tibi famam longiorem, ut quomodo unguentum nares odore delectat, sic ad tuum vocabulum cuncta posteritas delectetur. Quod perspicue interpretatus est Symmachus, dicens : « Melius est nomen bonum, quam unguentum bene olens. » Siquidem moris est Hebræorum unguentum bonum, oleum nuncupare. Quod autem ait : « Et dies mortis super diem nativitatis ejus, » vel hoc ostendit, melius esse exire de sæculo, et carere tribulationibus atque incerto vitæ statu, quam ingredientem mundum hæc omnia sustinere. Vel certe quod in morte, quales simus, notum sit ; in exordio vero nascendi, qui (al. *quales*) futuri simus, ignoretur. Aut quod nativitas alliget corpore (al. *corpori*) libertatem animæ, mors resolvat.

« Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii, in quo finis est omnis hominis ; et qui vivit, dabit ad cor suum. » *Eccl.*, VII, 2. Utilius est ad exsequias funeris, quam ad domum ire convivii, quia ibi conditionis nostræ et fragilitatis humanæ ex præsenti cadavere commonemur. In convivii autem lætitia, etiam si quid timoris habere videbamur, amittimus. Novissimum versum apertius interpretatus est Symmachus, dicens : « Et qui vivit, respiciet ad mentem. » Ex quibus approbatur, in eo quod superius cibum et potum visus est approbare, non eum voluptatem rebus præferre cunctis, ut plerique male æstimant; sed ad comparationem avaritiæ et nimiæ parcitatis, licet breve sit, plus esse, si vel ad momentum quis suis opibus perfruatur. Nunquam enim tristitiam luctus, festivitati convivii prætulisset, si bibere et vesci alicujus putasset esse momenti.

« Melior est ira quam risus, quia in mœrore vultus emendabitur cor. » *Eccl.*, VII, 3. Risus dissolvit ridentem, ira corripit et emendat. Irascamur et nobis, si quando peccamus, irascamur et aliis. Per tristitiam quippe vultus melior fiet animus, ut interpretatus est Symmachus. Et idcirco : « Væ nunc ridentibus, quoniam ipsi lugebunt. » *Luc.* VI, 25.

« Cor sapientium in domo luctus, et cor insipientium in domo lætitiæ. » *Eccl.*, VII, 4. « Beati, inquit Salvator, « lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. » *Matth.* V, 5. Lugebat et Samuel regem Saul omnibus diebus vitæ suæ. II *Reg.* XVI. Et Paulus super eos, qui

pleurent, » dit le Sauveur, « parce qu'ils seront consolés. » *Matth.* v, 5. Samuël pleurait sans cesse sur le roi Saül, et S. Paul nous dit qu'il pleure ceux qui, après avoir péché, n'ont point fait pénitence. II *Corinth.* xii, 21. Que le cœur du sage aille donc à la demeure de l'homme sévère à lui-même, dont il pourra tirer des larmes qui le provoqueront à pleurer ses propres fautes, et qu'il n'aille pas à la demeure de joie, où celui qui enseigne est entouré de flatteurs qu'il trompe et dont il ne cherche pas la conversion, mais les applaudissements et les éloges. Il faut plaindre un tel précepteur, riche en gloire mondaine et riche en paroles; puisqu'il est rassasié, c'est qu'il a reçu son salaire. Au reste, les versets qui suivent sont d'accord avec cette explication. Il dit :

« Il vaut mieux être repris par un homme sage que d'être séduit par les flatteries des insensés. Le sourire de l'insensé ressemble au pétillement des épines allumées sous la marmite. C'est là encore une vanité. » *Eccl.* vii, 5. Il vaut mieux en effet être repris par un homme sage qu'être trompé par les caresses d'un flatteur. C'est en d'autres termes ce proverbe : « Les blessures qu'on reçoit de celui qui aime, valent mieux que les baisers trompeurs de celui qui hait. » *Prov.* xxvii, 6. Comme les épines allumées sous la marmite produisent un bruit désagréable et vain, ainsi seront inutiles les paroles du maître qui flatte, soit parce qu'il exhorte ses auditeurs aux préoccupations du siècle figurées par les épines, soit parce qu'il les conduit au feu éternel. Au lieu de traduire par : « Le sourire de l'insensé ressemble au pétillement des épines allumées sous la marmite, » Symmaque, interprétant le sens que nous avons précédemment exposé, a dit : « La voix des insensés charge de chaînes ceux qui l'écoutent, » c'est-à-dire, celui qui écoute la voix de tels précepteurs se rend de plus en plus esclave de ses péchés, dont il resserre les liens.

« La calomnie trouble le sage, et tarira la source de sa force. » *Prov.* ix, 8. Entendez qu'il s'agit du sage qui progresse encore, conformément à cette parole : « Reprenez le sage, et il vous aimera. » La sagesse parfaite ne saurait être reprise et ne s'émeut d'aucune calomnie. Rappelons-nous ce trait, lorsque nous voyons l'homme juste et sage en butte à la calomnie se troubler de l'iniquité qui l'atteint et Dieu ne pas lui venir en aide. Les Septante, Aquila et Théodotion disent bien : « Perdra le cœur εὐτονίας αὐτοῦ, » c'est-à-dire, « de sa force, » ou « de sa vigueur. » Symmaque dit : « Matthana מתנה, c'est-à-dire, le présent perdra son cœur. » Il fait suivre le mot hébreu de son interprétation, et en déduit ce sens écrit ailleurs : « Les pré-

post peccata varia noluerant agere pœnitentiam, lugere se dicit. II *Cor.* xii, 21. Cor igitur sapientis vadat ad domum talis viri, qui se corripiat delinquentem, ut adducat ad lacrymas, qui provocet propria flere peccata, et non eat ad domum lætitiæ, ubi doctor adulatur, et decipit, ubi non conversionem audientium, sed et plausus quærit et laudem. Talis præceptor plangitur, dives in sermone, dives in verbis, qui quia saturatus est, propterea recipit consolationem suam. Denique huic expositioni etiam sequentes versiculi concordant. Ait enim :

« Melius est audire correptionem sapientis, super virum audientem carnem stultorum. Quia sicut vox spinarum sub olla, sic risus stulti. Sed, et hoc vanitas.» *Eccl.*, vii, 5. Melius enim est a sapiente corripi, quam adulatione decipi blandiente. Cui simile est illud : « Meliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. » *Prov.* xxvii, 6. Sicut enim vox spinarum ardentium sub olla strepitum reddit insuavem ; sic et palpantis magistri verba non proderunt, vel ad curas sæculi, quæ spinæ interpretantur, auditores suos cohortantis, vel futuro eos incendio præparantis. Symmachus pro eo quod nos posuimus : « Quia sicut vox spinarum sub olla, sic risus stulti, » hunc sensum interpretans quem supra disseruimus, ait : « Per vocem enim imperitorum vinculis quispiam colligatur, » hoc est, ad vocem talium præceptorum magis auditor innectitur, dum vinculis peccatorum suorum unusquisque constringitur.

« Calumnia conturbat sapientem, et perdet cor fortitudinis ejus. » *Prov.* ix, 8. Nunc sapientem in profectu positum accipe, secundum illud : « Argue sapientem, et diliget te. » Sapiens quippe perfectus, nulla argutione indiget, nulla calumnia conturbatur. Utamur hoc versiculo, si quando justum virum atque sapientem videmus calumniam sustinere, et turbari de iniquitate judicii, nec Deum statim subvenire præsentem. Pro eo vero, quod Septuaginta, et Aquila, et Theodotio interpretati sunt, « perdit cor » εὐτονίας αὐτοῦ, id est, « fortitudinis, » sive « vigoris ejus ; » Symmachus ait : « Et perdit cor MATTHANA מתנה, id est, donum ; » tam verbum Hebraicum, quam interpretationem ejus copulans, et faciens illum sensum, qui alibi scriptus est : « Excæcant munera etiam sapientium oculos. » *Deut.* xvi, 19.

« Melius est novissimum sermonis, quam principium

sents aveuglent même les yeux des sages. » *Deut.* XVI, 19.

« Il vaut mieux la fin que le commencement du discours.» *Eccl.* VII, 6. La péroraison vaut mieux que l'exorde; avec celle-là finissent les soucis de l'orateur, qui commencent avec celui-ci. Ou certainement: Commencer d'entendre la parole, c'est aller à son maître, c'est être encore au début; entendre la fin, c'est être accompli, parfait. On peut encore comprendre dans ce sens: Tant que nous sommes au monde, tout ce que nous savons n'est que commencement de science; lorsque la perfection de la science viendra, c'est que nous serons à la consommation des temps. Mon maître d'hébreu explique ainsi ce passage, en le rattachant au verset qui suit: En toute affaire, il vaut mieux regarder la fin que le commencement; il vaut mieux être patient, que de se laisser aller aux désirs inconsidérés de l'impatience. Cette maxime nous apprend aussi qu'il n'y a pas de véritable sagesse dans l'homme, puisque le silence vaut mieux que la parole. Autre sens: Lorsque le discours est fini, l'auditeur rumine en son esprit ce qu'on vient de lui dire, tandis qu'il ne lui a été encore utile en rien, quand on commence de parler.

« La patience vaut mieux que l'enflure d'esprit.» *Eccl.* VII, 7. Plus haut, il avait autorisé une sorte de colère en ces termes; « Le refrognement est préférable au rire; » pour que nous ne pensions pas qu'il a loué la colère qui est une passion, il prescrit maintenant la complète extirpation de cette dernière. Là, c'est comme moyen de corriger les pécheurs et d'instruire les inférieurs qu'il a mis en avant l'indignation; ici, c'est l'impatience qu'il met au frein. Il ne suffit pas d'être patient dans l'adversité; il le faut être également dans la prospérité, de peur que nous ne soyons enflés d'orgueil plus qu'il ne convient. A mon sens, celui qu'on accuse ici d'enflure d'esprit est opposé au pauvre d'esprit de l'Evangile, que notre Seigneur appelle bienheureux.

« Ne soyez point prompt à vous mettre en colère, car la colère repose dans le cœur de l'insensé. » *Eccl.* VII, 8. Ce n'est pas qu'il autorise la colère tardive, quand il dit: Ne soyez point prompt à vous irriter; mais la colère jointe à la promptitude se change en fureur, tandis qu'on l'apaise et qu'on l'évite même plus facilement quand elle a été différée. C'est parce que l'orgueil et le désir de la vengeance sont toujours mêlés à la colère, que Salomon a dit déjà: La patience vaut mieux que l'enflure d'esprit, et qu'il fait maintenant de la colère un signe de démence. Un homme a beau être puissant et savant; s'il est enclin à s'irriter, nous l'accusons de folie: « car la colère repose dans le cœur de l'insensé.»

« Ne dites pas: d'où vient que le passé a été meilleur que le présent? Cette question n'est pas sage. » *Eccl.* VII, 9. Ne préférez pas le passé à

ejus.» *Eccl.* VII, 6. Meliores sunt in dicendo epilogi, quam exordium. In his enim dicentis sollicitudo finitur, in illo incipit. Vel certe sic: Qui incipit audire sermonem, et ad præceptorem vadit, in principio est; qui vero extrema audit, consummatus est atque perfectus. Sed et hoc modo intelligi potest: Dum in isto sæculo sumus, quod scimus, omne principium est; cum autem venerit, quod perfectum est, in novissimis et consummatis erimus. Hebræus ita hunc locum cum sequenti versiculo disseruit: Melius est te finem considerare negotii, quam principium, et patientem esse, quam impatientiæ furore raptari. Discimus quoque ex hac sententiola, nullam in hominibus esse sapientiam, cum melius sit tacere, quam proloqui, et quia cum finita fuerit oratio, intra semetipsum recogitat auditor, quid sit dictum; cum autem cœperimus loqui, necdum quid utilitatis accepit.

« Melior est patiens super excelsum spiritu.» *Eccl.*, VII, 7. Quia superius iram concesserat, dicens: « Melior est ira, quam risus, » ne putaremus iram, quæ in passione est, laudari, nunc præcipit iram penitus esse tollendam. Ibi enim pro correptione in peccantes et eruditione in minores iram posuit; hic vero impatientiam refrænavit. Patientia autem non solum in angustiis, sed et in lætioribus necessaria est, ne plus quam condecet, exaltemur. Videtur mihi et qui nunc excelsus appellatur spiritu in Evangelio, pauperi spiritu esse contrarius, qui et in beatitudine ponitur.

« Ne festines in spiritu tuo, ut irascaris, quia ira in sinu stultorum requiescit. » *Eccl.*, VII, 8. Non quod concedat tardius irascendum, idcirco nunc dicit: « Ne festines in spiritu tuo irasci; » sed quod cum furens et recens fuerit ira, dilata facilius sedetur, et possit auferri. Et quia ira semper juncta superbiæ est, desiderans ultionem, meliorem supra patientem dixit esse, quam eum qui excelsus est spiritu, et nunc signum insipientiæ dedit: quia quamvis aliquis potens existimetur et sapiens, si iracundus sit, insipiens arguitur: « Ira quippe in sinu stultorum requiescit. »

« Ne dixeris: Quid factum est, quia dies priores erant meliores, quam isti? non enim sapienter interrogasti de hoc. » *Eccl.*, VII, 9. Ne vetus sæculum præsenti præferas, quia unus utriusque est conditor Deus.

votre temps : le même Dieu les a créés l'un et l'autre. Les jours de cette vie sont bons par nos vertus, mauvais par les vices. Ne dites donc point que la vie était meilleure au temps de Moïse et de Jésus-Christ qu'elle n'est maintenant. Il y eut également alors beau nombre d'incrédules, dont les jours furent mauvais, et il y a maintenant quantité de fidèles, dont le Sauveur a dit : « Plus heureux ceux qui n'ont point vu, et qui ont cru. » *Joann.* xx, 29. Autre interprétation : Vous devez vivre de telle sorte que le présent vous soit toujours meilleur que le passé, de peur que lorsque vous commencerez à décliner, on ne vous dise : « Vous avez bien commencé votre course ; qui vous a arrêtés, en vous empêchant d'obéir à la vérité ? » *Galat.* v. 7 ; et encore : « Après avoir commencé par l'Esprit, vous prétendez maintenant arriver à la perfection par la chair. » *Ibid.* III, 3. Autre sens : Ne dites pas que les temps de Moïse étaient préférables à ceux de Jésus-Christ, l'empire de la Loi à celui de la Grâce. Si vous établissez un tel parallèle, il y a témérité de votre part, puisque vous ne voyez pas combien grande est la distance entre l'Evangile et l'Ancien Testament.

« La sagesse est bonne avec un patrimoine et pour ceux qui ont une plus large place au soleil, parce que l'argent, comme la sagesse, a son ombre, et que déjà par elle seule la science de la vertu vivifie celui qui la possède. » *Eccl.* VII, 19. Le sage qui a des richesses a plus de prestige que le sage qui n'en a pas. Aux uns en effet la sagesse fait défaut, aux autres la fortune, et celui qui est sage sans fortune peut à la vérité enseigner le bien, mais ne peut pas toujours rendre les services qu'on lui demande. Aussi l'Ecclésiaste dit-il : L'argent, comme la sagesse, a son ombre, c'est-à-dire que les richesses sont parfois une sauvegarde, tout comme la vertu. Au reste, pour qu'on ne croie pas qu'il ravale la vertu en la mettant au-dessous d'un bien fortuit, puisqu'il ne dépend pas de nous de posséder des trésors, dont la plus large part échoit souvent aux pervers, il montre en ces termes la supériorité de la sagesse : « La science de la vertu par elle seule vivifie celui qui la possède. » En cela, dit-il, la sagesse est au-dessus des richesses, qu'indépendamment de tous les biens temporels elle vivifie celui qui la possède.

Voici comment quelques critiques entendent ce passage. L'Ecclésiaste, disent-ils, met le mot patrimoine pour bonne conduite, par laquelle nous sommes héritiers de Dieu et cohéritiers de Jésus-Christ. Il veut donc nous montrer combien ceux qui méritent de voir le soleil de justice, ayant la sagesse avec la bonne conduite, diffèrent de ceux qui, hors de la sagesse, ne se préoccupent que de réussir dans la vie parmi leurs semblables. Daniel vise la même chose, quand il dit : « Ceux qui comprennent mes enseigne-

Virtutes bonos dies viventi faciunt, vitia, malos. Ne dicas ergo meliores fuisse dies sub Moyse et sub Christo, quam modo sunt. Nam et illo tempore plures fuerunt increduli, et dies eorum mali facti sunt, et nunc credentes multi reperiuntur, de quibus ait Salvator : « Beatiores qui non viderunt, et crediderunt. » *Joan.* xx, 29. Aliter : Sic debes vivere, ut semper præsentes dies meliores tibi sint, quam præteriti, ne cum paulatim decrescere cœperis, dicatur tibi : « Currebatis bene, quis vos impedivit veritati non obedire ? » *Gal.* v, 7 ; et iterum : « Incipientes spiritu, nunc carne consummamini. » *Ibid.* III, 3. Aliter : Ne dicas meliora tempora olim Moysi, quam nunc Christi, Legis fuisse, quam Gratiæ. Si enim hoc volueris quærere, imprudenter facis, non videns quantum distet Evangelium a veteri Testamento.

« Bona est sapientia cum hæreditate, et amplius videntibus solem, quia quomodo umbra sapientiæ, sic umbra argenti ; et quod plus est, scientia sapientiæ vivificabit habentem se. » *Eccl.*, VII, 10. Majoris est gloriæ sapiens cum divitiis, quam tantum sapiens. Alii enim sapientia indigent, alii opibus, et qui sapiens est, et non dives, potest quidem docere quod bonum est, sed interdum non potest præstare quod petitur. Et idcirco ait : Quia sicut umbra sapientiæ, ita umbra pecuniæ, id est, quomodo protegit sapientia, sic interdum protegit et pecunia. Et ne videretur sapientiæ detraxisse, dum eam fortuito bono subjecit (non enim in nostra potestate est habere divitias, quas injusti sæpe plus possident) propterea majorem esse sapientiam demonstrat, dicens : « Et amplius scientia sapientiæ vivificabit habentem se. » In eo, inquit, major est sapientia divitiis, quod absque ullis opibus vivificat eum, qui se habuerit.

Quidam hunc locum ita interpretantur : Hæreditatem, inquiunt, pro conversatione bona posuit, per quam hæredes sumus Dei, et cohæredes Christi. Vult igitur Ecclesiastes docere, quanto differant hi qui solem merentur videre justitiæ et habent sapientiam cum conversatione bona, ab his qui absque sapientia vitæ tantum et conversationis studium commodarunt. Quod quidem et Daniel ostendit, dicens : « Intelligentes sermones meos fulgebunt, ut luminaria cœli, » *Dan.* XII, 3, sive ut Theodotio interpretatus

ments brilleront comme les luminaires du ciel, » *Dan.* XII, 3, ou, selon le commentaire de Théodotion : « Comme la splendeur du firmament, et ceux qui les pratiquent, comme les étoiles du ciel. » Quant à l'ombre de l'argent ou de la richesse, nous devons l'entendre selon le sens mystique attaché aux mots talent et drachme dans les paraboles de l'Evangile, *Matth.* XXV, *Luc.* XIX, en sorte que, lorsque nous sommes à l'ombre de la sagesse et d'un tel argent, « pendant le jour le soleil ne nous brûle point, ni la lune pendant la nuit. » *Psalm.* CXXI. Il y a là, peut-on dire encore, une allusion à ce que notre vie sur la terre est une ombre : « Et l'esprit de notre bouche est le Christ, le Seigneur, à qui nous avons dit : Nous vivrons sous votre ombre malgré les nations. » *Jerem.*, *Thren.* IV, 20. Pour nous, sur cette terre, toute sauvegarde est semblable à une ombre ou de la sagesse, ou de l'argent dont nous avons parlé, jusqu'à ce que le jour se lève et que soient dissipées les ombres. Symmaque, selon sa coutume, ici comme ailleurs, a donné une interprétation plus claire : « L'argent protége, comme la sagesse protége. » Le verset qui suit est une exhortation manifeste à l'étude de la science.

« Voyez les œuvres de Dieu; qui pourrait rehausser celui qu'il a avili? » *Eccl.* VII, 11. En cet endroit encore Symmaque traduit ainsi : « Apprenez les œuvres de Dieu, parce que personne ne saurait corriger ce qu'il a abaissé ; » c'est-à-dire, qu'il vous suffise, d'après les Saintes Ecritures, ou par la seule contemplation de l'univers, de savoir et de comprendre ce qui a été fait; mais ne recherchez pas les causes et les raisons pour lesquelles a été faite chaque chose, et si elle aurait dû être faite autrement qu'elle ne l'a été. Par exemple, si quelqu'un se demandait pourquoi Dieu a ainsi parlé à Moïse : « Celui qui a fait le muet et le sourd, celui qui voit et l'aveugle, n'est-ce point moi le Seigneur Dieu ? » *Exod.* IV, 12, et qu'il dit : Pourquoi l'aveugle, le sourd, le muet et les autres infirmes ont-ils été créés ainsi ? Il faut ici recueillir le témoignage du psaume dix-sept, où il est dit au Seigneur : « Vous serez saint avec celui qui est saint, inflexible avec celui qui sera pervers. » Le Seigneur est donc saint avec celui qui a la sainteté, et cruel envers celui qui s'est d'abord volontairement perverti, selon cette autre parole du Lévitique : « Si les pervers marchent vers moi, je marcherai à mon tour contre eux, inexorable en mon courroux. » *Levit.* XXVI, 27. Ceci explique également pourquoi le Seigneur endurcit le cœur de Pharaon. Comme la seule et même influence du soleil amollit la cire et sèche le limon, l'une se ramollissant et l'autre se desséchant en vertu de sa composition naturelle, ainsi en Egypte la

est : « Quasi splendor firmamenti; qui vero fecerint sermones meos, quasi stellæ cœli. » Umbram autem argenti, sive pecuniæ, illam secundum ἀναγωγὴν debemus accipere, de qua talenta et minæ in parabolis Evangelii colliguntur, *Matth.* XXV, *Luc.* XIX, ut cum fuerimus sub umbra sapientiæ et sub umbra talis argenti : « Per diem sol non urat nos, neque luna per noctem. » *Psal.* CXX. Sed et hoc dici potest, quia umbra est vita nostra super terram : « Et spiritus vultus nostri Christus Dominus cui diximus : In umbra ejus vivemus in gentibus. » *Thren.* IV, 20. Omnis nostra in hac terra protectio instar umbræ est, sive sapientiæ, sive supradicti argenti, donec aspiret dies et amoveantur umbræ. Symmachus more suo etiam in hoc loco manifestius interpretatus est, dicens : « Quomodo protegit sapientia, similiter protegit pecunia. » Sequens autem versiculus perspicue ad studium scientiæ cohortatur.

« Vide opera Dei, quoniam quis poterit adornare quem Deus pervertit? » *Eccl.*, VII, 11. Et in hoc loco ita Symmachus transtulit : « Disce opera Dei, quia nemo poterit corrigere, quod ille imminuit, » id est, sufficiat (al. *sufficit*) tibi de Scripturis sanctis, sive ex ipsa contemplatione elementorum, scire et intelligere quæ facta sunt; non tamen causas rationesque perquirere quare unumquodque sic factum sit, vel aliter fieri debuisse, quam factum est. Verbi gratia, si quis velit quærere cur Moysi ita loquatur Deus : « Quis fecit mutum et surdum, videntem et cæcum, nonne ego Dominus Deus, » *Exod.* IV, 12, et dicat : Cur cæcus et surdus et mutus ita creati sunt, et cætera his similia? Sumendum in hoc loco testimonium de septimo decimo psalmo, in quo ad Dominum dicitur : « Cum sancto sanctus eris, et cum perverso perverteris. » (a) Et dicendum et sanctum Dominum esse cum eo qui sanctus est, et perverti apud eum qui sua voluntate fuerit ante perversus. Juxta illud quoque quod in Levitico scriptum est : « Si ambulaverint ad me perversi, et ego ambulabo ad eos in furore meo perversus. » *Levit.* XXVI, 27. Quod quidem et illud poterit exponere, quare induraverit Dominus cor Pharaonis. Quomodo enim una atque eadem solis operatio

(a) « Et cum perverso perverteris. » Ex hoc loco intelligimus falsam esse interpretationem apud vulgus receptam, qua locum præsentem psalmi XVII trahunt ad contubernium iniquorum, cum quibus boni pervertuntur sæpius et similes fiunt illis. MARTIAN.

même influence de Dieu amollissait les cœurs de ses fidèles et endurcissait ceux des incrédules, qui, en raison même de leur dureté et de leur impénitence, amassaient sur eux la colère pour le jour du courroux à cause des merveilles qu'ils voyaient s'accomplir sans y croire.

« Jouissez des biens au jour heureux, et tenez-vous prêt pour le mauvais jour; car Dieu a fait l'un comme l'autre, sans que l'homme ait aucun sujet de se plaindre de lui. » *Eccl.* VII, 12. J'ai entendu dans l'Eglise, je l'avoue, un docteur réputé pour sa science des Ecritures, lequel commentait ainsi ce passage : « Pendant que vous êtes en cette vie, et que vous pouvez faire de bonnes œuvres, travaillez, afin que plus tard, en sécurité pour vous-même au mauvais jour, c'est-à-dire, au jour du jugement, vous soyez témoin de la confusion du méchant. Comme Dieu a fait le temps présent, où nous pouvons nous assurer le fruit des bonnes œuvres, ainsi il a fait l'autre vie, où il n'y a plus pouvoir de faire ces bonnes œuvres. » Cette interprétation séduisante paraissait convaincre ses auditeurs ; pour moi, je vois un autre sens, qui est celui que donne Symmaque : « Jouissez des biens au jour heureux, et tenez-vous prêt pour le mauvais jour, puisque Dieu a fait l'un et l'autre pareillement, afin que l'homme ne trouve aucun sujet de plainte contre lui. » Et les biens et les maux, dit-il, acceptez-les tels qu'ils vous sont envoyés. Et ne pensez pas que tout est bien ou que tout est mal dans le monde, alors que le monde lui-même est tout oppositions, chaud et froid, sécheresse et humidité, dureté et mollesse, ténèbres et lumière, maux et biens. Le créateur a ainsi fait, afin que la sagesse ait lieu de choisir le bien et d'éviter le mal, et que le libre arbitre demeure à l'homme, qui ne peut accuser Dieu de l'avoir fait naître insensible et méprisable ; il a mis cette diversité dans ses œuvres, afin que l'homme ne puisse se plaindre de sa condition. Cette sentence est donc une conséquence de la précédente, à laquelle elle se rattache : « Qui pourrait rehausser ce que Dieu avilit? »

« J'ai tout vu pendant les jours de ma vanité. Le juste succombe dans sa justice, et l'impie vit longtemps dans sa malice. » *Eccl.* VII, 13. Le Sauveur exprime différemment la même idée en son Evangile : « Celui qui garde sa vie la perdra, et celui qui perdra sa vie pour moi la trouvera. » *Matth.* X, 39. Les Macchabées pour la loi de Dieu et la justice, et les martyrs qui ont versé leur sang pour Jésus-Christ, semblèrent succomber dans leur justice. Au contraire, ceux qui sous l'ancien Testament mangèrent de la chair de porc, ou qui après la venue du Messie sacrifièrent aux idoles, ceux-là semblèrent vivre en ce siècle, et persévérer dans cette longévité à cause de leur malice. C'est le secret de la patience de Dieu, d'éprouver ici-bas les saints, en répandant les

liquefacit ceram et siccat lutum, et pro substantia sua liquescit cera et siccatur lutum; sic una Dei in Ægypto signorum operatio molliebat corda credentium et incredulos indurabat, qui, juxta duritiem suam et impœnitens cor, thesaurizabant sibi iram in die iræ ex his mirabilibus, quæ cum viderent fieri, non credebant.

« In die bonitatis esto in bono, et in die malo vide. Et quidem istud congruum huic fecit Deus ad loquendum, ut non inveniat homo post eum quidquam. » *Eccl.* VII, 12. Scio me audisse in Ecclesia ab eo qui putabatur habere scientiam Scripturarum, ita hos versiculos edissertos : « Deum in præsenti sæculo es, et boni quid operis potes facere, labora, ut postea ipse securus in die malo, id est, in die judicii, torqueri alios videas. Sicut enim præsens sæculum fecit Deus, in quo nobis fructum bonorum operum possumus præparare; ita et futurum, in quo nulla boni operis datur facultas. » Visus est quidem suadere, cum diceret audientibus ; sed mihi videtur alius esse sensus, quem et Symmachus transtulit, dicens : « In die bono esto in bono ; diem vero malum intuere. Siquidem hoc simile huic fecit Deus, ut non inveniret homo quod contra eum quæreretur. » Et bona, inquit, et mala, prout tibi evenerint, sustine. Nec putes vel bonorum tantum, aut malorum in mundo esse naturam, cum ex diversis mundus iste contrariis subsista', calidis et frigidis, siccis et humentibus, duris et mollibus, tenebrosis et lucidis, malis et bonis. Hoc autem fecit Deus, ut habeat locum sapientia in eligendo bonum et vitando malum, et liberum homini relinquatur arbitrium, ne se dicat insensibilem et stolidum a Deo esse generatum; sed eum ideo fecisse diversa, ut homo queri de sua conditione non posset. Simulque hoc testimonium consequenter superioribus copulabitur, in quibus ait : « Quibus poterit adornare quod perverterit Deus ? »

« Omnia vidi in diebus vanitatis meæ. Est justus periens in justitia sua, et est impius longævus in malitia sua. » *Eccl.* VII, 13. Huic quid simile Salvator in Evangelio ait : « Qui invenit animam suam, perdet eam, et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. » *Matth.* X, 39. Macchabæi pro lege Dei atque justitia visi sunt in sua perire justitia, martyres, qui sanguinem fudere pro Christo. E contrario

maux divers sur leur existence présente, et de ne pas visiter les pécheurs dans leur forfait, les réservant en quelque sorte pour victimes; en sorte qu'il puisse, aux premiers départir les biens éternels, et condamner les seconds aux châtiments sans fin. Les Hébreux, dans ces justes qui périssent dans leur justice, croient voir les fils d'Aaron, parce qu'ils mirent dans leurs encensoirs un feu profane, tout en pensant agir sans péché. Ils ajoutent que l'impie qui vit longtemps dans la malice, c'est Manassès, qui, rétabli sur le trône après la captivité, vécut encore pendant de longues années.

« Ne soyez pas juste avec excès, et ne scrutez pas ce qui doit rester un mystère, de peur de tomber dans l'étonnement. » *Eccl.* VII, 14. Voici un homme rigide, inexorable pour les moindres peccadilles d'autrui, au point qu'il ne saurait pardonner, ni un écart de la langue, ni une négligence conseillée par l'imperfection de la nature humaine; cet homme, sachez-le, est juste plus qu'il ne convient de l'être. Sourde au précepte du Sauveur, qui a dit : « Ne jugez point, et vous ne serez point jugés, » *Luc.* VI, 37, et quoiqu'il n'y ait pas d'homme qui soit exempt de péché, alors même qu'il n'aurait vécu qu'un seul jour, sa justice sans entrailles ne tient aucun compte de la fragilité de notre nature. Ne soyez donc pas juste avec excès; le trop et le peu sont également répréhensibles aux yeux de Dieu. Aussi les philosophes placent-ils les vertus à égale distance des deux extrêmes, et regardent-ils comme un vice l'excès aussi bien que le manque de vertu. Quand Salomon dit : « Ne cherchez pas à pénétrer ce qui doit rester un mystère, de peur d'être troublé, » ou, « de peur de tomber dans l'étonnement ; » il sait que notre intelligence ne peut embrasser la parfaite sagesse, il veut que nous nous fassions une idée exacte de notre fragilité. Aussi, à celui qui s'enquiert de choses au-dessus de la portée de l'homme, disant : « Après cela pourquoi se plaint-il ? car qui est-ce qui résiste à sa volonté ? » Saint Paul répond : « Qui êtes-vous, ô homme, pour contester avec Dieu ? »

qui et illo tempore suillam carnem comederunt (*a*), et post adventum Domini sacrificaverunt idolis, hi visi sunt in hoc sæculo vivere, et propter suam malitiam perseverare longævi. Sed Dei in occulto patientia est, et tribulare nunc sanctos, ut recipiant mala in vita sua, et peccatores non visitare (al. *visitari*) pro scelere, et quasi ad victimam reservare, ut et illis possit æterna bona restituere, et his mala inferre perpetua. Hebræi justos pereuntes in justitia sua, filios Aaron suspicantur, quod dum putant se juste agere, alienum ignem obtulerint. Et impium longævum in malitia sua Manassen dicunt, qui post captivitatem restitutus in regnum (al. *regno*), longo deinceps vixerit tempore.

« Noli esse justus multum, et ne quæras amplius ne obstupescas. » *Eccl.* VII, 14. Si quem rigidum et trucem ad omnia fratrum peccata conspexeris, ut nec in sermone peccanti, nec propter naturalem interdum pigritiam moranti, det veniam, hunc scito plus justum esse quam justum est. Cum enim Salvator præcipiat, dicens : « Nolite judicare, ut non judicemini; » *Luc.* VI, 37; et nullus sit absque peccato, nec si unius quidem diei fuerit vita ejus, in humana justitia est fragilitati conditionis hominum non ignoscens. Noli ergo esse justus multum, quia pondus grande, et pondus parvum abominatio coram Domino. Unde et apud philosophos (*b*) virtutes in meditullio positæ sunt, et omne quod nimis est, sive sursum, sive deorsum, reputatur in vitio. Quod autem ait : « Noli quærere amplius, ne conturberis, sive, ne obstupescas ; » mentem nostram scit, perfectam comprehendere non posse sapientiam, et mensuram fragilitatis nostræ jubet nos scire debere. Denique et Paulus ei, qui plus quam homo scire poterat, requirebat dicens : « Quid adhuc quæritur ? Voluntati enim ejus quis resistit? » respondit : « O homo tu quis es, qui respondeas Deo ? » *Rom.* IX, 19, et cætera. Si enim causas quæstionis ille, qui interrogans introducitur, audisset ab Apostolo, stupore forsitan torpuisset et gratiam sensisset inutilem. Quia est et donum, juxta

(*a*) « E contrario qui et illo tempore, » etc. Unius litterulæ mutatio apud Erasmum et Marianum, qui legunt, *ex illo tempore*, diversum sensum efficit; nec satis cohærentem sententiæ Hieronymi, qui loquitur de tempore Antiochi et Macchabæorum, quando apostatæ a lege Mosaica comedebant suillam carnem. MARTIAN.

(*b*) « Unde et apud philosophos. » Idem docet etiam explicatius epistola ad Demetriadem virginem : « Philosophorum quoque sententia est, » inquit, μεσότητας ἀρετάς, ὑπερβολάς εἶναι, « quod latinus ita potest sermo resonare : Moderatas esse virtutes, excedentes modum atque mensuram, inter vitia deputari. Unde et unus de septem Sapientibus, Μηδὲν ἄγαν, id est, Ne quid nimis. Quod tum celebre factum est, ut Comico quoque versu expressum sit. » Eamdem sententiam replicat sæpius in pluribus opusculis, sicut in Epitaphio sanctæ Paulæ : Comment. in caput LXI Isaiæ et in caput XII Zachariæ, et alibi. Porro Diogenes Laertius sententiam hujusmodi Pythagoræ ascribit : Aristoteles autem, III Rhetoricorum, ad Biantem auctorem refert. Sunt qui Thaleti tribuant, vel Soloni, ut testis est Laertius. Denique Pindarus apud Plutarchum : Σοφοι δέ καί τό Μηδέν ἄγαν, ἔπος αἴνησαν περισσῶς, hoc est, « Sapientes illud verbum : Ne quid nimis, laudarunt præter modum. » Quod dictum tam celebre factum apud Philosophos, Terentius in Andria, actu I, scena 1, non longe ab initio sic expressit :

Horum ille nihil egregie, præter cætera
Studebat, et tamen hæc omnia mediocriter.
Gaudebam. Non injuria : nam id arbitror
Apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis. MARTIAN.

Rom. IX, 19, et le reste. En effet, supposez que Dieu par l'Apôtre eût satisfait la curiosité de ce questionneur indiscret; peut-être celui-ci eût-il été frappé de stupeur et eût-il reçu une faveur inutile, puisque d'après le même Apôtre, cela même est un don qui ne sert pas à celui qui reçoit. Ce précepte : « Ne soyez pas juste à l'excès, » les Hébreux l'appliquent à Saül, qui eut pitié d'Agag, alors que le Seigneur lui avait commandé de le faire mourir. I *Reg.* XV. On peut encore appliquer ce verset au serviteur de l'Evangile, *Matth.* XVIII, à qui son maître avait fait grâce et qui ne voulut point pardonner à son compagnon; il fut juste à l'excès.

« Ne vous accoutumez pas aux actions criminelles, et ne devenez pas insensé, de peur que vous ne mouriez avant votre temps. » *Eccl.* VII, 15. Le Seigneur a dit: « Je ne veux point la mort de celui meurt; venez et vivez. » Qu'il suffise donc d'être tombé une fois dans le péché : nous devons nous relever après la chute. Puisque, en effet, au rapport des naturalistes, l'hirondelle sait que la chélidoine peut rendre la vue à ses petits, et que les chèvres blessées courent au dictame; comment ignorerions-nous que le remède de la pénitence a été fait pour les pécheurs? Quant à ces mots : « De peur que vous ne mouriez avant votre temps, » nous savons que la terre engloutit soudain Coré, Dathan et Abiron à cause de leur révolte contre Moïse et Aaron, et que plusieurs ont été jugés dès cette vie avant le jour du jugement, pour servir d'exemple aux autres. Le sens de cette maxime est donc celui-ci : N'ajoutez pas le péché aux péchés, de peur de pousser Dieu à vous infliger le châtiment dès cette vie.

« Il est bon que vous sachiez ceci : Ne fermez pas votre main même au pécheur, parce que celui qui craint Dieu est bon pour toute créature. » *Eccl.* VII, 16. Il est bon de faire du bien aux justes, mais on n'est pas injuste en faisant du bien aux pécheurs. Il est bon de venir en aide à nos frères dans la foi, mais il est de précepte qu'on doit donner à quiconque demande. Celui qui craint Dieu s'empresse d'être bienfaisant envers tous, à l'exemple du Créateur qui fait pleuvoir sur les justes et sur les injustes. Autre commentaire : Puisque cette vie misérable est soumise aux nombreuses et quotidiennes fluctuations des événements, l'âme du juste doit être prête et pour l'adversité et pour la prospé-

eumdem Apostolum, quod non prosit ei cui datum est. Hebræi hoc mandatum, id est : « Noli esse justus multum, » super Saule interpretantur, qui Agag misertus est, quem Dominus jusserat occidi. I *Reg.* XV. Sed et ille de Evangelio servus, *Matth.* XVIII, cui ignoverat Dominus, et ipse conservo noluit ignoscere, huic potest versiculo coaptari, quod fuerit justus multum.

« Ne impie agas multum, et noli esse stultus; cur morieris in tempore non tuo. » *Eccl.* VII, 15. Cum dominus loquatur : « Nolo mortem morientis, tantum revertatur et vivat, » *Ezech.* XVIII, 32, semel peccasse sufficiat; debemus nos erigere post ruinam. Si enim juxta eos qui de physis disputant, novit hirundo pullos de sua oculare chelidonia, (*a*) et dictamnum capreæ appetunt vulneratæ; cur nos ignoremus medicinam pœnitantiæ propositam esse peccantibus? Quod autem ait : « Ne moriaris in tempore non tuo; » *Num.* XVI; scimus Chore et Dathan et Abiron propter seditionem adversum Moysen et Aaron, repentino terræ hiatu devoratos, et in emendationem aliorum, ante diem judicii etiam in hac vita plurimos judicatos. Quod dicit ergo, tale est : Noli peccatis adjicere peccata, ne provoces Deum etiam hic tibi inferre supplicium.

« Bonum est retinere te istud : Et quidem ab hoc ne dimittas manum tuam; quoniam qui timet Deum, egredietur ad omnia. » *Eccl.* VII, 16. Bonum est justis benefacere, sed et peccatoribus benefacere, non injustum est. Bonum est domesticos fidei sustentare, sed et omni petenti tribuere præceptum est. Timens quippe Deum et imitator conditoris sui, qui pluit super justos et injustos, absque respectu personarum omnibus benefacere festinat. Aliter : Quia vita hæc miserabilis diversis quotidie variatur eventibus, tam ad adversa, quam ad prospera, justi animus præparetur, ut poscat

(*a*) « Novit hirundo pullos de sua oculare, » etc. Omnes mss. retinent hanc lectionem; editi vero sequentem : « Novit hirundo pullos de succo oculare chelidoniæ. » At, ni fallor, *de succo* sumptum est ex pronomine *suos*, quod legitur in nonnullis exemplaribus mss. « novit pullos suos hirundo, » etc. Retinenda igitur lectio omnium mss. « de sua oculare chelidonia : » eleganter enim dicitur « de sua chelidonia, » sive quod hirundines hanc herbam oculis saluberrimam invenerint; sive quod sub adventum hirundinum floreat. Vide Dioscorid. lib. II, cap. 211 et 212, et Plin. lib. VIII, cap. 27. Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstravere, vexatis pullorum oculis illa medentes. Consule item eumdem Plin. lib. XXV, cap. 8. De dictamno autem immediate consequenti id notandum occurrit, ex versu Virgiliano lib. XII Æneidos,

Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida.

Hermolaum et doctos omnes putare legendum esse dictamnum, interposita *n* littera : alioquin versus non staret. Dictamnum quoque legunt omnes mss. codices nostri, quibus utique astipulari videntur Theophrastus et Galenus in quibus semper legas, δίκταμνος. Vide Theoph. Hist., Plant. lib. IX, cap. 27, supra cit.; nec non Dioscorid. lib. III, cap. 37, Cicero de Natura Deorum : Capras auditum est in Creta feras, cum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quæ dictamnus vocaretur, quam cum gustavissent, sagittas excidere dicunt e corpore. Idem dicit Plinius libro XXVI, capite 14. Cætera prætermitto tamquam superflua ad expositionem hujus loci. MARTIAN.

rité; elle doit demander à Dieu la grâce de soutenir sans faiblesse tout ce qui lui arrive. Celui qui craint Dieu ne s'enorgueillit point de la prospérité et ne se laisse point abattre par l'épreuve.

« La sagesse fortifiera le sage, bien plus que les dix qui ont le pouvoir dans la cité; car il n'y a point d'homme juste sur la terre qui fasse le bien sans jamais pécher. » *Eccl.* VII, 1. Ainsi la sagesse fortifie le juste, et son secours lui vaut mieux que celui de tous les princes de la cité, parce que, alors même qu'un homme est juste, cependant, tant qu'il vit en cette chair, il est sujet aux vices, aux péchés, et il a besoin d'un secours plus qu'humain. Autre sens : Ces dix qui ont le pouvoir et sont établis dans la cité, figurent les anges, qui sont arrivés au nombre parfait de la dizaine, et qui secourent le genre humain. Mais si l'on considère toutes les espèces de secours, le plus efficace est celui de la sagesse, c'est-à-dire de notre Seigneur Jésus-Christ. En effet, après que les anges ont dit : « Nous avons soigné Babylone, et elle n'est pas guérie ; délaissons-la et nous en allons chacun en notre terre, » *Jerem.* LI, 9, alors le prince des médecins est descendu lui-même, il nous a arrosés de son sang et nous avons été guéris en touchant seulement le bord de son manteau, quand nous avions en vain donné tout notre bien aux médecins sans qu'aucun pût arrêter le flux de sang du péché. *Luc.* VIII. Or il opéra ses guérisons dans la cité, c'est-à-dire dans ce monde, et il fortifia le sage, ou, selon la version des Septante, il l'*aida*. Et véritablement, si l'on donne à quelqu'un qui possède, on ajoute à ce qu'il a. Mais le pécheur, plongé dans l'abîme et dans la fange de la perdition, eut besoin d'un plus grand secours, et c'est pourquoi est venue la Sagesse elle-même. Autre sens: Salomon vient de dire qu'il faut être bienfaisant et envers les siens et envers les étrangers. On pourrait lui répondre : Si je veux faire du bien à tout le monde, je n'ai pas de quoi le faire. Le juste ne peut avoir des richesses suffisantes pour toutes ces œuvres, d'autant que ce sont les pécheurs qui possèdent d'habitude les biens terrestres. Ici Salomon ajoute : Ceux que vous ne pouvez secourir de vos dons, aidez-les de vos conseils, prodiguez-leur vos consolations. En effet, à celui qui est dans une position critique, la sagesse peut rendre des services plus grands que les plus puissants secours. Et en ceci même agissez avec prudence. La justice doit peser avec soin ses bienfaits et savoir à qui, jusqu'à quel point et pour combien de temps elle vient en aide soit par son secours, soit par ses conseils.

« Ne nous mettez pas en peine des appréciations du monde; vous ne devez pas entendre votre serviteur qui médit de vous. Vous savez en conscience qu'il vous est arrivé à vous-même de médire d'autrui. » *Eccl.* VII, 18. Faites

Domini misericordiam, ut quodcumque evenerit, librata mente sustentet. Qui enim timet Deum, nec prosperis elevatur, nec opprimitur adversis.

« Sapientia confortabit sapientem, super decem potestatem habentes, qui sunt in civitate ; quia non est homo justus in terra, qui faciat bonum, et non peccet. » *Eccl.* VII, 17. Propterea sapientia confortat justum, et omnium principum civitatis super eum excedit auxilium, quia quamvis aliquis justus sit, tamen dum in hac carne est constitutus, subjectus est vitiis atque peccatis, et majore præsidio indiget. Aliter : Decem qui potestatem habent, et in urbe consistunt, angeli sunt, qui ad perfectum numerum pervenere denarium, et auxiliantur humano generi. Sed si quis consideret omnia auxilia, majus est auxilium sapientiæ, id est, Domini nostri Jesu Christi. Postquam enim dixerunt angeli : « Curavimus Babylonem, et non est curata, relinquamus eam, et abeat unusquisque in terram suam, » *Jerem.* LI, 9, tunc magister medicorum ipse descendit, et respersos nos sanguine, et peccatorum madentes cruore qui omnem substantiam nostram expenderamus in medicos, tactu fimbriæ suæ sanavit. *Luc.* VIII. Sanavit autem in civitate, hoc est, in mundo isto, et confortavit sapientem, sive, ut Septuaginta transtulerunt, « adjuvit. » Omni enim qui habet, dabitur ei, et adjicietur ei. Quia autem indiguit homo positus in peccatis, et infixus in limo profundi, majore auxilio; idcirco venit ipsa Sapientia. Aliter : Supra dixerat, et domesticis et alienis bene esse faciendum. Poterat (al. *Poterit*) ergo aliquis respondere : Si omnibus benefacere voluero, non habeo unde faciam ; nec potest justus tantas habere divitias, quæ solent magis peccatoribus abundare. Propterea nunc ait : Quos non potes re, consilio adjuva, solatia fove. Plus enim potest in angustia constituto præstare sapientia, quam quælibet maximæ potestates. Et hoc ipsum cum prudentia facito. Grandis quippe libra justitiæ est, et cui, et quantum, et quamdiu et quale vel in re, vel in consilio tribuere.

« Et quidem in omnes sermones, quos loquentur, ne dederis cor tuum, quia non audies servum tuum maledicentem tibi. Etenim frequenter scit cor tuum, quia et tu maledixisti aliis. » *Eccl.* VII, 18. Fac quæ præcepta sunt, et sapientiæ auxilio confortatus, vel ad

ce qui est de précepte, et fort du secours de la sagesse, préparez votre cœur à l'adversité comme à la prospérité, ne vous inquiétant point de ce que vos ennemis disent de vous et de l'opinion du monde. Comme il est prudent de ne pas entendre un serviteur qui murmure et de ne pas écouter aux portes pour savoir ce qu'il dit de nous en notre absence, puisque, si l'on agit de la sorte, on est sans cesse dans la tribulation et le moindre mouvenent de lèvres du serviteur nous échauffe la bile; de même il est sage de prendre la sagesse pour guide et de ne pas s'inquiéter de vaines rumeurs. Au reste, Salomon montre au juste par un argument sans réplique qu'on ne doit pas se préoccuper des discours des hommes, quand il dit: Tout homme a conscience d'avoir parlé du prochain et d'en avoir souvent médit, aussi doit-il pardonner à ses détracteurs. Il nous enseigne en même temps à éviter les jugements téméraires, et qu'ayant une poutre dans l'œil, nous ne devons point parler de la paille qui est dans celui du voisin.

« J'ai fait tous ces efforts vers la sagesse, et j'ai dit : Je deviendrai sage; et la sagesse s'est trouvée loin de moi plus encore qu'elle ne l'était d'abord. Le champ est sans limites : qui donc la trouvera? » *Eccl.* VII, 19. Il dit, ce qu'atteste d'ailleurs le *Livre des Rois*, III *Reg.* III et VI, qu'il a cherché la sagesse plus qu'aucun autre homme; qu'il a essayé d'en découvrir la limite, et il l'a trouvée d'autant moins qu'il l'a cherchée davantage : il est plongé dans une obscurité profonde, dans les ténèbres de l'ignorance. Autre interprétation : Pour l'homme qui est versé dans les Ecritures, plus il commence à y avoir de la science, et plus chaque jour il y trouve d'impénétrables secrets. Autre sens : Nous ne voyons ici-bas la sagesse qu'en image et comme dans un miroir; quand donc je songe que nous la connaîtrons face à face en l'autre vie, je suis contraint d'avouer que nous sommes maintenant bien loin de la connaître.

« Après avoir appliqué mon intelligence à savoir, et à voir, et à chercher la sagesse et la raison, j'ai voulu sonder l'impiété des insensés et l'erreur des imprudents. Et je trouve que la femme est plus amère que la mort; elle est un lacet, son cœur est un piége, ses mains sont des chaînes. Le sage devant Dieu s'affranchit du joug que traîne le pécheur. » *Eccl.* VII, 20. La où les Septante ont mis : «Après avoir appliqué mon intelligence à savoir, » Symmaque interprète : « J'ai scruté toutes choses selon mes facultés de science, d'intelligence et d'investigation. » L'Ecclésiaste nous a dit qu'il a cherché toutes les limites du domaine de la sagesse, et qu'elles se sont d'autant plus éloignées de lui qu'il s'efforçait davantage de s'en approcher; maintenant il dit qu'il a également cherché, dans la mesure de son bon sens, quel est en ce monde

bona, vel ad mala præpara cor tuum, et non cures, quid de te loquantur inimici, qualis foris opinio sit. Quomodo enim prudentis viri est, murmurantem famulum non audire, nec curiosam aurem apponere, quid de se loquatur absente, si enim hoc fecerit, semper in tribulatione erit, et ad mussitationem servi iracundia commovebitur; sic et sapientis hominis est sapientiam præviam sequi, et vanos non considerare rumores. Sed et alio exemplo docet penitus non curandum justo homini, quid homines loquantur, dicens : Quomodo novit conscientia tua, quod tu de multis locutus es, et sæpe aliis detraxisti; sic et aliis debes ignoscere detrahentibus. Et simul docet, non facile judicandum, et habenti trabem in oculo, de festuca alterius non loquendum.

« Omnia hæc tentavi in sapientia, et dixi : Sapiens efficiar, et ipsa longius facta est a me, magis quam erat, et alta profunditas, quis inveniet eam? » *Eccl.* VII, 19. Dicit se, ut Regnorum quoque testantur libri, III *Reg.* III, et IV, ultra omnes homines quæsisse sapientiam, et tentasse ad finem illius pervenire, sed quanto plus quæsierit, tanto minus reperisse, et in mediam demersum caliginem, tenebris ignorantiæ circumdatum. Aliter : Vir qui eruditus fuerit in Scripturis, quanto plus scire cœperit, tanto ei in his quotidie oritur major obscuritas. Aliter : Contemplatio sapientiæ in hac vita in speculo videtur et in imagine; cum ergo recogitavero in futuro facie ad faciem ejus notitiam revelandam, tunc liquido recognoscam longe me nunc ab ejus notitia dissidere.

« Circuivi ego et cor meum, ut scirem, et considerarem et quærerem sapientiam et rationem, et ut cognoscerem impietatem stulti et imprudentium errorem. Et invenio ego amariorem morte mulierem, quæ est laqueus, et sagenæ cor ejus, vincula manus ejus. Bonus coram Deo eruetur ab ea, peccator capietur in illa. » *Eccl.* VII, 20. Pro eo quod Septuaginta posuerunt: « Circuivi ego et cor meum, ut cognoscerem, » Symmachus interpretatus est, dicens : Pertransivi universa sensu meo scire, et discere, et investigare. « Quia igitur supra Ecclesiastes dixerat, omnia se in sapientia pertentasse, et quanto plus eam requisierit, tanto illam longius refugisse; nunc ait etiam aliud in aliud in sua se quæsisse sapientia, quod in rebus humanis malum universa antecedat mala, et

le mal qui surpasse tous les maux, et quelle chose a le pas sur l'impiété, la sottise, l'erreur, l'aveuglement. Et il nous apprend que la femme, à son avis, est le plus grand de tous les maux. C'est par elle que la mort est entrée dans le monde, et qu'elle dévore les âmes de tant d'hommes. Le cœur de celui qui commet l'adultère, est une fournaise ardente; la femme met du feu à la place du cœur du jeune homme. Lorsqu'elle s'est glissée dans l'esprit du malheureux qui l'aime, elle l'entraîne dans l'abîme. Elle ne souffre pas qu'il prévoie l'avenir; elle enveloppe son cœur dans un filet inextricable. Ses mains sont de véritables chaînes. Aquila donne une autre interprétation : « Ses mains, dit-il, sont enchaînées, » ce qui se dit en hébreu ASSURIM אסורים. Elle peut persuader, elle ne peut pas faire violence, ni entraîner à elle quiconque ne veut pas. Celui qui est juste et bon devant Dieu s'affranchit du joug de la femme; le pécheur devient son esclave et se laisse conduire à la mort. N'allons pas croire que Salomon ait porté à la légère ce jugement sur les femmes : il en parle avec l'autorité de l'expérience. Il n'a offensé Dieu, que parce qu'il était tombé dans les piéges des femmes. Tel est le sens littéral. Dans le sens mystique, nous nommons femme tout le péché en général, l'iniquité, qui, dans Zacharie, est assise sur la masse de plomb sous l'image d'une femme. *Zach.* v, 7. Ou, par association d'idées, nous voyons le diable sous les traits de la femme, parce qu'il corrompt les forces de l'âme. Ou certainement nous y voyons l'idolâtrie, et, plus près de nous, l'Eglise des hérétiques, qui appelle en son sein l'intelligence dévoyée, afin de lui donner du pain et de l'eau de mauvais aloi, c'est-à-dire un faux sacrement et un baptême impur.

« J'ai recueilli, dit l'Ecclésiaste, mes observations une à une pour former la somme des erreurs de l'homme, que je voudrais trouver et que je n'ai pu découvrir. Sur mille hommes, j'en ai trouvé un seul digne de ce nom, et je n'ai pas trouvé une seule femme irréprochable. J'ai seulement constaté que Dieu créa l'homme juste, et que ce sont les hommes qui se sont égarés dans leurs pensées.» *Eccl.* VII, 21. Après mûr examen de toutes choses, dit-il, j'ai abouti à cette conclusion qu'en péchant peu à peu, en ajoutant la faute à la faute, nous nous chargeons d'un nombre incalculable de péchés. Le mot ESEBON השבון, que les commentaires grecs rendent unanimement par λογισμὸν, nous pouvons en effet le traduire, à cause de l'ambiguité de la langue hébraïque, par *nombre*, *somme*, *raison*, ou *pensée*. Pareillement, ajoute-t-il, j'ai voulu savoir si la femme parfaite existe : parmi les hommes, j'en ai trouvé un fort petit nombre de bons, un sur mille; il ne m'a pas été possible de trouver une seule femme bonne. Toutes m'ont détourné du sentier de la vertu, pour

quæ res in impietate, stultitia, errore, vecordia teneat principatum. Et dicit se omnium malorum caput mulierem reperisse; quia et per illam mors in orbem terrarum introivit, et pretiosas animas virorum capit. Omnes quippe adulterantes, quasi clibanus corda eorum; quæ fecit adolescentium evolare corda. Et cum in mentem miseri amatoris inciderit, trahit eum in præceps; nec ante pedes suos respicere patitur, sed quasi laqueus et sagena cor adolescentis innectit. Vincula sunt enim manus ejus. Pro quo Aquila interpretatus est : « Vinctæ sunt manus ejus, » quod Hebraica lingua dicitur ASSURIM אסורים. Suadere enim potest, vim facere non potest; nec ad se trahere nolentes. Justus qui fuerit, et bonus coram Deo, eruetur ab ea; peccator verbo captus deducetur ad mortem. Non putemus temere hanc Salomonem de genere mulierum protulisse sententiam : quod expertus est, loquitur. Ideo quippe offendit Deum, quia captus est a mulieribus. Et hæc secundum litteram. Cæterum juxta intelligentiam spiritualem, aut omne generaliter peccatum, mulierem nominamus et iniquitatem, quæ sub specie mulieris sedet in Zacharia super plumbi talentum; *Zach.* v, 7; aut diabolum τροπικῶς mulierem accipimus, propter effeminatas vires; aut certe idololatriam, et ut propius accedamus, hæreticorum Ecclesiam, quæ insipientem sensu ad se vocat, ut panes furtivos et aquam furtivam, hoc est, falsum sacramentum et pollutum baptisma inductus accipiat.

« Ecce hoc inveni, dixit Ecclesiastes, unam ad unam ut invenirem numerum, quem adhuc quæsivit anima mea, et non inveni. Hominem unum de mille inveni, et mulierem in omnibus his non inveni. Solummodo hoc inveni : quia fecit Deus hominem rectum; et ipsi quæsierunt cogitationes multas. » *Eccl.* VII, 21. Hoc inquit, reperi, universa diligenter eventilans, quod paulatim peccando, et ad unum delictum aliud apponendo, grandem nobis summam efficimus peccatorum. « Esebon » השבון quippe, quod omnes voce consona λογισμὸν transtulerunt, secundum Hebræi sermonis ambiguitatem, et « numerum » possumus, et « summam, » et « rationem, » et « cogitationem » dicere. Sed et hoc, ait, requisivit anima mea, an recta mulier inveniatur. Et cum vix paucos de viris bonos invenerim, ita ut de mille unus potuerit inveniri, mulierem bo-

me pousser dans les voies de la luxure. Le cœur de l'homme est enclin au mal dès l'enfance, *Genes.* VIII, 21, il n'y a pas d'homme qui n'ait offensé Dieu ; mais quelque grande que soit la fragilité de notre sexe, la femme succombe encore avec plus de facilité. D'elle, un poète profane a dit : « Toute femme est capricieuse et changeante, » *Virg.* IV *Æneid.* v, 35 ; et l'Apôtre : « Les femmes apprennent toujours, sans parvenir à connaître la vérité. » II *Tim.* III, 7. Puis pour ne point paraître condamner la commune nature des hommes, et montrer Dieu comme auteur du mal puisqu'il aurait fait des créatures impuissantes à l'éviter, Salomon rappelle opportunément que Dieu nous a créés bons ; seulement, comme il nous a livrés à notre libre arbitre, c'est par notre faute que nous faisons des chutes profondes, parce que nous aspirons à des hauteurs qu'entrevoient nos rêves, mais que n'atteindront jamais les forces humaines. Autre interprétation : J'ai cherché nuit et jour la raison de chaque chose, et je n'ai pu trouver aucun projet humain qui fût complément pur de toute pensée perverse. J'ai trouvé un homme entre mille chez lequel ne s'était pas dénaturée l'image du Créateur ; et non pas entre mille hommes les premiers venus, mais entre mille justes ; or je n'ai pu découvrir une seule, femme qui dût être comptée parmi ces mille dont aucun ne s'était approché de la femme et qui tous, à cause de cela, étaient demeurés parfaitement purs. Tout cela doit s'entendre au sens figuré. C'est-à-dire que, quel que soit le nombre des esprits studieux absorbés par de quotidiennes méditations, à peine trouverait-on une manière de penser pure et vraiment digne d'être appelée virile. Nous pouvons encore voir la pensée symbolisée dans l'homme et l'œuvre dans la femme, et dire que s'il est difficile de rencontrer une pensée pure, il est impossible que toute œuvre ne soit mêlée d'erreur, parce qu'elle ne saurait se produire sans le concours du corps. De ce passage du texte que nous avons rendu en ces termes : « Une à une, pour trouver le *nombre* ou la *somme*, ou la *raison* ou l'*idée*, » Symmaque a donné cette interprétation plus claire : « J'ai voulu petit à petit trouver la raison. » En effet, là où le latin a coutume d'employer le neutre d'une manière absolue, comme dans les locutions : J'ai cherché ceci, *hoc*, j'ai trouvé cela, *istud*, l'hébreu se sert du féminin, comme dans le psaume : « J'ai demandé à Dieu une seule chose, *unam*, et je la rechercherai, *hanc requiram*, » tandis que le latin dirait : « Cela seul, *unum hoc*.

« Qui est semblable au sage, et qui connaît le dernier mot des choses ? La sagesse illumine le front de celui qui la possède, tandis que le superbe compose son visage. » *Eccl.* VIII, 1. Plus haut, l'Ecclésiaste a montré combien il est difficile de trouver un homme bon, et il a répondu à

nam omnino invenire non potui. Omnes enim me non ad virtutem, sed ad luxuriam deduxerunt. Et quia appositum est cor hominis diligenter ad malitiam ab adolescentia, *Gen.* VIII, 21, et pene omnes offenderunt Deum, in hac ruina generis humani, facilior ad casum est mulier. De qua et poeta gentilis :

Varium et mutabile semper
Femina. *Virgil.* IV, *Æneid.* v. 35.

Et Apostolus : « Semper, ait, discentes, et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. » II *Tim.* III. 7. Et ne videretur communem hominum damnare naturam, et Deum auctorem facere mali, dum talium conditor est, qui malum vitare non possint, argute præcavit et ait bonos nos a Deo creatos ; sed quia libero sumus arbitrio derelicti, vitio nostro ad pejora labi, dum majora quærimus, et ultra vires nostras varia cogitamus. Aliter : Quotidie mecum uniuscujusque rei rationem ponens, nullum invenire potui cogitatum, qui non cogitatione perversa extrinsecus turbaretur. In mille autem viris inveni hominem, qui juxta imaginem conditoris est conditus, et in mille non quibuslibet, sed in mille viris ; quorum numerum mulier implere non potuit. Et in mille qui non appropinquaverunt ad mulierem, et propterea purissimi permanserunt. Hæc autem omnia tropologice accipienda. In multis quippe studiosis (al. *studiis*), et quotidiana meditatione sudantibus, vix invenitur cogitatus purus, et viri dignus vocabulo. Possumus et cogitatus pro viris accipere, mulieres pro operibus, et dicere, quod difficile cogitatio alicujus pura inveniri queat. Opera vero quia per corpus administrentur, aliquo semper errore commixta sint. Pro eo autem, quod supra sermonem Hebræum interpretantes diximus : « Unam ad unam, ut inveniatur numerus sive summa, sive ratio, aut cogitatio ; » apertius interpretatus et Symmachus : « Unam ad unam invenire rationem. » Quod enim nos solemus absolute et neutraliter appellare, id est, hoc quæsivi, istud volui invenire, Hebræi feminino genere pronuntiant, sicut in psalmo : « Unam petii a Domino, hanc requiram, » *Psal.* XXVI, 4, pro eo quod est, « unum. »

« Quis ita ut sapiens ; et quis novit solutionem verbi ? Sapientia hominis illuminabit vultum ejus ; et fortis faciem suam commutabit. » *Eccl.* VIII, 1. Supra docuerat difficile bonum hominem inveniri, et venien-

l'objection qui peut naître de là, que les hommes, sortis bons des mains de Dieu, sont tombés volontairement dans le péché. Maintenant, quels dons Dieu a-t-il faits à l'homme de bien ? il les énumère comme des titres de vraie gloire : la sagesse, la raison, la prévoyance, la connaissance des mystères divins, la faculté de pénétrer par intuition du cœur dans les secrets providentiels. Il parle indirectement de lui-même, en ce que nul n'a été sage comme lui, nul n'a touché d'aussi près aux solutions des éternels problèmes, et sa sagesse, dont toutes les bouches ont fait l'éloge, n'a pas seulement rempli son sein comme un don caché, mais s'est extérieurement reflétée dans le miroir de son visage ; aucun homme n'a autant que lui porté sur son front le témoignage visible de sa prudence intérieure. Les Septante, au lieu de dire comme nous : « Qui est semblable au sage ? » ont traduit : « Qui connaît es sages ? » et au lieu de dire : « Le superbe compose son visage, » ils ont mis : « L'impudence se fait haïr par sa propre attitude. » Et vraiment, comme il est grand le nombre de ceux dont les dehors annoncent la sagesse, il est difficile de trouver un esprit assez judicieux pour discerner le vrai sage de ceux qui n'en ont que l'apparence. Ils sont nombreux ceux qui se prétendent capables d'expliquer les secrets des Ecritures ; il est rare celui qui trouve la véritable solution. Quant à ce qui suit : « La sagesse illumine le front de celui qui la possède, tandis que l'impudent se fait haïr par sa propre attitude, » nous pouvons l'expliquer par les paroles mêmes de saint Paul : « Nous tous qui contemplons la gloire du Seigneur sans avoir de voile sur le visage ; » II *Corinth.* III, 18 ; et par celles du Psalmiste : « La clarté de votre face, Seigneur, s'est reflétée sur la nôtre. » *Psalm.* IV, 7. Il ne distingue pas ici la sagesse de l'homme de celle de Dieu. Dès qu'elle est la sagesse de Dieu, elle peut se mesurer elle-même à la capacité de l'homme qu'il a fait et qui est digne de le posséder. Tout hérétique, tout défenseur des faux dogmes, a le sceau de l'impudence au front. En fin de compte, Marcion et Valentin proclament leur propre nature meilleure que celle du Créateur lui-même. Cette prétention serait moins intolérable en quelque manière, s'ils se contentaient d'afficher l'espérance d'un tel avantage, sans affirmer qu'ils le possèdent déjà.

« Je garde le commandement du roi, et les paroles de la promesse de Dieu. Ne vous hâtez point de vous éloigner de sa présence, et ne demeurez pas dans les enseignements du mal, parce que tout ce qu'il lui plaira de faire, il le fera. Il sera fait comme dira le roi, qui a la puis-

tem contra eliserat quæstionem : a Deo bonos homines conditos, sed sponte sua ad peccata delapsos. Nunc quid boni homini dederit Deus, quasi gloriabundus enumerat, sapientiam scilicet, atque rationem et providentiam, occulta Dei nosse mysteria, in arcana ejus sensu cordis intrare. Oblique autem de se loquitur, quod nemo ita fuerit sapiens, ut ipse, et nullus sic scierit (al. *sciret*) problematum solutiones, et sapientia ejus a cuncto laudata sit populo, quæ non solum intrinsecus latuerit ; sed et in superficie corporis et speculo vultus eluxerit, ultraque omnes homines prudentiam mentis in facie sua pinxerit. Septuaginta pro eo quod nos posuimus : « Quis ita ut sapiens? » transtulerunt : « Quis novit sapientes? » et pro eo quod nos diximus : « Et fortis faciem suam commutabit, » posuerunt : « Et impudens vultu suo odietur. » Et revera cum multi sint, qui sapientiam repromittant, difficile invenitur, qui discernere queat verum sapientem ab his qui videntur esse sapientes. Et cum sint plurimi, qui Scripturarum occulta dicant posse se solvere, rarus est qui veram inveniat solutionem. Quod autem sequitur : « Sapientia hominis illuminabit vultum ejus, et improbus facie sua odietur, » ita possumus explanare, ut Pauli verba ponamus : « Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini contemplantes ; » II *Cor.* III, 18 ; et Psalmistæ canentis : « Signatum est super nos lumen vultus tui Domine ; » *Psal.* IV, 7. Sapientiam autem hic hominis non aliam dicit absque sapientia Dei. Quæ cum sapientia Dei sit, juxta possibilitatem capacitatis hominis ejus esse incipit, qui se habere meruerit. Omnis hæreticus et falsum dogma defendens, impudenti vultu est. Denique Marcion et Valentinus (*a*) melioris se dicunt naturæ esse, quam conditor est. Et hoc posset aliqua ex parte ferri, si spem se hujus rei habere contenderent, et non jam possidere naturam.

« Ego os regis custodio, et loquelam juramenti Dei. Ne festines a facie ejus abire, et ne stes in verbo malo, quoniam omne quod voluerit, faciet. Sicut dixerit (Al. *dicet*) rex, potestatem habens ; et quis dicet ei : Quid facis? » *Eccl.* VIII, 2. Videtur quidem præcipere juxta Apostolum, regibus et potestatibus obsequium, *Ad*

(*a*) *Marcion et Valentinus*, etc. Conditorem universitatis malum principium, et Deum malum dicebat Marcion, cum seipsum justum ac sanctum proclamaret impudentissima blasphemia. Veritatem carnis in Christo ac corporum resurrectionem negabat, sicut et Valentinus. Consule de his Irenæum, Tertullianum et Epiphanium. MARTIAN.

sance; et qui lui dira : Que faites-vous?» *Eccl.* VIII. 2. Il prescrit, comme l'Apôtre, la soumission aux rois et aux puissants, *Tit.* III, 4, surtout d'après les Septante qui disent impérativement : « Gardez le commandement du roi. » Pour moi, je crois qu'il s'agit ici de ce roi, dont David a dit : « Seigneur, le roi se réjouira dans votre force. » *Psalm.* XX, 1. En un autre endroit pour marquer que la royauté du Père et du Fils est identique, l'Ecriture s'exprime ainsi : « Donnez, ô mon Dieu, votre jugement au roi, et votre justice au fils du roi. » *Psalm.* LXXI, 1. « Le Père en effet ne juge personne, mais il a donné tout jugement au Fils. » *Joan.* v, 22. Ce roi Fils de Dieu est le Fils du Père roi. Il faut donc garder ses préceptes et faire sa volonté. Et c'est ce qui est écrit dans le livre de Tobie : « Il est bon de tenir caché le secret du roi. » *Tob.* XII, 7. Il nous avertit principalement de ne pas rechercher pourquoi Dieu a prescrit chaque chose: que tout ce qui a la forme d'un commandement, l'homme se hâte de l'accomplir avec une pieuse soumission. C'est ainsi que sa volonté sera conforme à la loi du Seigneur. Les Septante donnent cette autre traduction : « Selon le serment et la parole de Dieu, gardez-vous de marcher hors de sa présence ; » d'où il faut conclure que le serment de Dieu est écrit dans les livres saints. Ce serment, sacré et secret parce qu'il est la parole de Dieu, nous ne devons point le dévoiler à tout venant, le prodiguer en public, le juger à la légère. Ne vous hâtez point, comme Moïse, d'aller au-devant du regard de Dieu ; attendez jusqu'à ce qu'il soit passé et que vous ne le voyiez plus face à face. Quant à ce qui suit : « Ne demeurez pas dans les enseignements du mal, » et le reste, nous devons l'entendre de celui qui est prévenu d'erreur d'hérésie, ou de celui qui, bien qu'il se dise dans la foi de l'Eglise, est cependant enchaîné par le péché, en sorte qu'il est infidèle. Ne persévérez pas dans la médisance, dans les discours déshonnêtes, dans la luxure, dans l'avarice, dans la passion. Si vous y persévérez, le diable, roi des vices et du péché, consommera en vous son œuvre de perdition et fera ce qu'il lui plaira de faire.

« Celui qui garde les commandements ne connaîtra point l'erreur ; le cœur du sage connaît et le temps et la règle. » *Eccl.* VIII. 3. Il faut remarquer que « ne connaîtra point l'erreur, » est dit pour « ne souffrira pas de l'erreur » ou « ne sera pas dans l'erreur. » C'est du Sauveur seul qu'il a été écrit : « Lui qui ne connaissait pas le péché, a été traité pour l'amour de nous comme s'il eût été le péché même. » II *Corinth.* v, 21. Au lieu de l'*erreur*, Symmaque a mis le *mal* : « Celui qui garde les

Titum. III, 1, maxime Septuaginta Interpretibus imperativo modo dicentibus : « Os regis custodi ; » sed ego puto de illo rege nunc dici, de quo David ait : « Domine, in virtute tua lætabitur rex. » *Psal.* XX, 1, Et in alio loco, ut Patris et Filii unum regnum significet (al. *significetur*), Scriptura commemorat : « Deus, judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis. » *Psal.* LXXI, 1. Non enim judicat Pater quemquam, sed omne judicium dedit Filio. *Joan.* v, 22. Qui rex Filius Dei, Patris regis est Filius. Hujus itaque (al. *utique*) custodienda præcepta sunt, hujus voluntas patranda. Et hoc est, quod in Tobiæ libro scribitur : « Mysterium regis abscondere bonum est. » *Tob.* XII, 7. Et præcipue monet, ne tractemus, quare Deus unumquodque præceperit, sed quodcumque viderit esse mandatum, hoc pia mens hominis implere festinet. Et in lege Domini erit voluntas ejus. Quia vero Septuaginta aliter transtulerunt, dicentes : « Et de juramento et de verbo Dei ne festines a facie (*a*) ejus ambulare, » sciendum juramentum Dei in divinis voluminibus esse conscriptum. Hoc itaque juramentum, de Dei verbo sacrum et arcanum, non debemus quibuscumque narrare, et proferre in medium, et citam de eo ferre sententiam. Neque ut Moyses, festines videre faciem Dei, sed tamdiu sustine, donec ipse pertranseat, et tantum ejus posteriora conspicias. Necnon et illud quod sequitur : « Ne stes in verbo malo, » et cætera, super cointelligamus, qui hæreseos errore præventus est ; vel super illo, qui cum Ecclesiæ fidem habeat, tamen peccatis vincitur, ut sit infidelis. Ne perseveres in detractione, nec in turpiloquio, luxu (al. *luxuria*), avaritia, libidine. Quod si perseveraveris, rex vitiorum atque peccati diabolus operabitur perditionem in te, et faciet quodcumque voluerit.

« Qui custodit mandatum, non cognoscet verbum malum ; et tempus et judicium cognoscit cor sapientis. » *Eccl.* VIII, 3. Notandum quod, « non cognoscet verbum malum, » positum est pro eo quod est, « non patietur, » aut « non erit in eo. » Siquidem et

(*a*) *Et de juramento*, etc. Hoc item loco præter versiculum Græcum superflue adjectum, mutant etiam Contextum sacrum LXX Interpretum, legentes : « De verbo juramenti Dei ne festines, » etc. Cum manifestissime comprobetur ex commentario Hieronymi aliter quam apud LXX conscriptum fuisse in divinis Voluminibus, scilicet, « de juramento Dei, » sive « de verbo juramenti Dei, » non, « de juramento et de verbo Dei, » quemadmodum legebatur in LXX Translatorum editione. Quisquis igitur hic animum attenderit, veram esse lectionem omnium mss. codicum nobiscum agnoscet. MARTIAN.

commandements, ne fait point le mal. » En un mot, Salomon prescrit d'observer les commandements du roi, et de savoir qu'est-ce qu'il ordonne, comment et en quel temps il faut l'accomplir.

« Toute chose en effet a son temps et sa règle. Quant aux autres hommes, ils sont pleins d'affliction, parce qu'ils ignorent les événements qui doivent arriver; comment ils auront lieu, qui pourrait le leur prédire ? » *Eccl.* VIII, 45. Malgré la diversité des événements, et quoique le juste ne puisse pas savoir ce qui lui doit arriver, ni connaître les causes et les motifs de chaque chose, puisque nul homme n'a la prescience de l'avenir, néanmoins il sait que Dieu fait tout pour l'utilité de l'homme, et que rien n'arrive en dehors de sa volonté. Pour le reste des hommes, grande est leur affliction, parce que, selon le mot du poète : « Dans l'ignorance où ils sont du destin et du sort qui les attend, » *Æneid.* X, 501, ils espèrent une chose, et c'est une autre qui survient; ils se gardent de l'ennemi de droite, et c'est celui de gauche dont le trait les blesse. Théodotion et les Septante ont traduit : « Quoique la science des hommes soit grande, ils ignorent; » mais il y a dans l'hébreu *malice*, et non *science*. Seulement, comme les lettres RES et DALETH ne diffèrent que par le petit trait du haut, au lieu de RAATH רעת ils ont lu DAATH דעת, c'est-à-dire *science* au lieu de *malice*. Celui qui connaît cette langue n'aura aucun doute à cet égard. Quant aux derniers mots de ce passage : «Parce qu'ils ignorent ce qui a eu lieu ; et ce qui doit arriver après eux, qui le leur annoncera ?» nous les traduisons maintenant mot à mot du texte hébreu, afin qu'on sache que, selon un autre sens, nous ne pouvons, ni savoir le passé, ni connaître les événements à venir tels qu'ils doivent arriver.

«Il n'y a pas d'homme ayant son âme en sa puissance, au point de pouvoir la retenir ici-bas; il n'y pas de puissant au jour de la mort, nul n'est affranchi de cette lutte suprême, et l'impiété n'en exemptera pas celui qu'elle habite. » *Eccl.* VIII, 6. Il n'est point en notre pouvoir d'empêcher que notre âme nous soit enlevée, et lorsqu'elle sort du corps sur l'ordre de Dieu, il ne sert de rien de serrer les lèvres pour essayer de retenir la vie qui s'enfuit. Quand survient le trépas, ennemi, adversaire acharné de notre existence, toute

de Salvatore sic scriptum est : « Qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit. » II *Cor.* V, 21. Pro « verbo » quoque Symmachus rem interpretatus est, dicens : « Qui custodierit mandatum, non experietur rem malam. » Præcepit autem regis imperium conservandum, et scire quid et quare, et quo tempore jubeat.

« Quia omni negotio est tempus et judicium. Afflictio quippe hominis multa super eum, quia nescit quod futurum est; sicut enim erit, quis annuntiabit ei ? » Licet diversa eveniant, et non possit justus scire quid ei futurum sit, nec singularum rerum causas rationesque cognoscere (nemo enim est conscius futurorum), tamen scit a Deo cuncta in utilitatem hominum fieri, et non absque ejus voluntate disponi. Est enim magna afflictio generis humani, quia, ut Poeta ait, *Æneid.* X, 501 :

« Nescia mens hominum fati sortisque futuræ, » (*a*)

aliud sperat, aliudque evenit ; de altero loco exspectat hostem, et alterius jaculo vulneratur. Pro eo autem quod Septuaginta Interpretes et Theodotio dixerunt : « Quia scientia hominis multa super eum, » in Hebræo « malitiam » habet, non « scientiam ; » sed quia RES et DALETH litteræ Hebraicæ, excepto parvo apice, similes sunt, pro RAATH רעת legerunt DAATH דעת, id est, pro « malitia, scientiam. » Hoc melius sciet qui ejusdem linguæ habuerit notitiam. Illud quoque quod in fine horum versuum scriptum est : « Quia nescit quod factum sit; et quid futurum sit post eum, qui annuntiabit ei ? » de verbo ad verbum nunc ex sermone Hebræo transtulimus, ut esse sensum alterum noverimus, quod scilicet nec ea quæ præterierint, scire possumus, nec ea quæ futura sint, ita ut sunt futura, cognoscere.

« Non est homo potestatem habens in spiritum, ut prohibeat spiritum, et non est potens in die mortis, et non est emissio in bello, et non salvabit impietas habentem se. » *Eccl.* VIII, 6. Non est in potestate anima nostra, ne auferatur a nobis, et egrediente ad imperium Domini spiritu, nihil prodest ora concludere, et vitam retinere fugientem. Cumque interitus, inimicus vitæ

(*a*) *Nescia mens hominum*, etc. Hunc versum falso ex I Æneidos recitat Ambrosius Calepinus, qui causa mihi fuit ut bis integrum I librum Æneidos casso labore perlegerem. Alii Scriptores recitant quidem eumdem versiculum ; sed non monent unde sumptus sit. Ego autem perhumaniter a R. Patre *Commire* Soc. Jesu præmonitus, Maronis esse versum ab Hieronymo recitatum comperio, atque libro decimo Æneidos scriptum legi 501 :

Quod nunc Turnus ovat spolio, gaudetque potitus.
Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ,
Et servare modum, rebus sublata secundis.
Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum,
Intactum Pallanta, etc.

MARTIAN.

trêve nous est refusée. Aurions-nous été rois sur la terre, et maîtres de tout ravager impunément, nos mains seront impuissantes à repousser la mort; et bientôt après notre cadavre sera réduit en poussière. Il ne faut donc point nous plaindre de ce que l'avenir est pour nous un mystère, et de ce que souvent nous sommes les victimes d'iniques oppresseurs; la mort met un terme à tout cela, et le puissant superbe, qui a semé le ravage sur ses pas, est impuissant à retenir son âme, quand Dieu la lui ravit. Autre interprétation : L'esprit, qui dispense toutes choses, ne saurait être arrêté par aucun homme, et en recevoir les lois qui le dirigent. C'est de lui qu'il a été dit plus haut : « L'esprit va de révolution en révolution. » Au jour de la mort nous sommes sans puissance, tandis que nous évitons facilement l'ennemi pendant la vie. Pareillement celui qui est en guerre et n'a pas la paix de Dieu, laquelle est d'une valeur infinie, n'obtiendra pas la délivrance dont il est dit à l'épouse : « Ta délivrance sera le paradis avec ses fruits abondants et délicieux. » *Cant.* IV, 13. Et puisque l'impiété ne sauvera pas celui qu'elle habite, la piété nous sauvera de l'abîme. L'impiété, c'est le diable; la piété, notre Seigneur Jésus-Christ.

« J'ai vu toutes ces choses, ayant appliqué mon cœur à toute œuvre qui est faite sous le soleil; et j'ai vu qu'un homme souvent domine sur un autre pour son propre malheur. Et je vis alors les impies ensevelis, et ils vinrent, et ils sortirent du lieu saint, et ils furent loués dans la cité, parce qu'ils avaient agi en impies; mais cette gloire encore est vanité. C'est parce que la sentence ne s'exécute pas sur l'heure contre les méchants, que les enfants des hommes commettent le crime sans aucune crainte. » *Eccl.* VIII, 15. J'ai mis toute mon application, dit-il, à considérer ce qui se fait sous le soleil, et surtout cette circonstance qu'un homme souvent domine sur d'autres, au point de pouvoir persécuter et condamner qui il veut. Or, comme je mettais toute mon attention à étudier ces sortes de faits, j'ai reconnu que des impies, morts dans leur impiété, avaient été regardés comme saints à leur sépulture, après avoir été, pendant leur vie, jugés dignes de l'Eglise et du temple de Dieu, et, quand ils marchaient pleins d'orgueil, ils étaient loués cependant en leurs crimes, selon ce mot de l'Ecriture : « Le pécheur est glorifié dans les désirs de son âme, et celui qui commet l'iniquité est pourtant béni. » *Psalm.* IX, 24. S'il en est ainsi, c'est que personne n'ose condamner les pécheurs, et que Dieu ne se venge pas sur l'heure des criminels; il diffère le châtiment pour donner le temps du repentir. Et les pécheurs, parce qu'ils ne sont pas immédiatement repris et corrigés, pensent qu'il n'y aura pas de jugement dans la suite, et persévèrent dans leur crime. Nous pouvons

nostræ et hostis, advenerit, inducias accipere non possumus. Nec reges quondam in sæculo, et omnia nostra impietate vastantes, obvias morti inferre (al. *ferre*) manus; sed in cinerem terramque solvemur. Non est ergo lugendum, si futura scire non possumus, et sæpe ab iniquis potentioribus opprimamur, cum morte omnia finiantur, et superbus et potens, qui cuncta populatus est, non valeat animam suam retinere, cum rapitur. Aliter : Spiritus, qui universa dispensat, non potest a quoquam hominum prohiberi, et leges accipere spirandi. De quo et supra dictum est : « Girans girando vadit spiritus. » In die mortis non sumus potentes; in die enim vitæ facile vitatur inimicus. Similiter qui in bello est, et non habet Dei pacem, quæ superat omnem sensum, non habebit emissionem, de qua ad sponsam dicitur : « Emissiones tuæ paradisus cum fructu pomorum. » *Cant.* IV, 13. Et quia impietas non salvabit habentem se, pietas e regione salvabit. Potest impietas diabolus appellari, et pietas Dominus noster Jesus Christus.

« Omnia hæc vidi, et dedi cor meum in omne opus, quod factum est sub sole, et dominatus est homo homini, ut affligeret eum. Et tunc vidi impios sepultos, et venerunt, et de loco sancto egressi sunt, et laudati sunt in civitate, quia sic fecerunt; sed et hoc vanitas. Quia enim non est contradictio facientibus malum cito; ideo repletum est cor filiorum hominis in eis, ut faciant malum. » *Eccl.* VIII, 15. Dedi, inquit, cor meum, ut omne quod sub sole geritur, intuerer, et hoc vel maxime, quod homo accepit in hominem potestatem, ut quoscumque vult affligat atque condemnet. Cum itaque mentem meam ad hæc intuenda dirigerem, vidi impios cum tali opinione mortuos, et sic sepultos, ut sancti æstimarentur in terra, qui et cum viverent, putabantur digni Ecclesia et templo Dei, insuper ambulantes tumidi, laudabantur in malis suis, sicut scriptum est : « Laudatur enim peccator in desideriis animæ suæ et qui iniqua gerit, benedicitur. » *Ps.* IX, 24. Hoc autem propterea evenit, quia nemo peccantibus audet contradicere, nec statim scelus ulciscitur Deus, sed differt pœnam, dum exspectat pœnitentiam. Peccatores autem, quia non statim arguti atque correpti sunt, putantes nequaquam futurum esse judicium, in scelere perseverant. Possumus hoc testimonio uti adversus episcopos, quia acce-

tourner ce témoignage contre ces évêques, qui ont reçu le pouvoir dans l'Eglise, et qui s'en servent pour scandaliser ceux qu'ils devraient instruire et rendre meilleurs. Souvent ces prélats sont loués dans l'Eglise après leur mort, et proclamés hautement bienheureux pour des actions qu'ils n'ont probablement pas faites, soit par leurs successeurs, soit par les peuples. Vaine gloire que celle-là, puisqu'elle ne répond pas à leurs actes, et parce qu'ils n'ont pas été corrigés sur l'heure dans leur péché, personne n'osant accuser un supérieur, pendant qu'on les regarde comme des bienheureux et des saints qui marchent dans les préceptes du Seigneur, ils entassent péchés sur péchés. Il est difficile d'élever une accusation contre un évêque. S'il pèche, on ne le croit pas, et s'il est convaincu de péché, il échappe au châtiment.

« Quoique Dieu diffère de punir le pécheur, après même qu'il a fait le mal cent fois, je sais certainement que ceux qui craignent Dieu et qui respectent sa présence, seront heureux. » *Eccl.* VIII. 12. Par cela même que Dieu donne le temps du repentir au pécheur d'habitude, car c'est là l'idée qu'emporte la locution *cent fois*, et qu'il ne le punit pas à l'instant du crime, attendant qu'il se convertisse et se dépouille de son iniquité, je juge combien grande sera la bonté, la miséricorde de Dieu envers ceux qui le craignent et tremblent à sa parole. Symmaque a ainsi traduit ce passage : « Le pécheur impénitent est mort, après avoir épuisé la longanimité de Dieu. Or, je sais que le bonheur est réservé à ceux qui craignent le Seigneur et qui respectent sa présence, tandis qu'il n'y aura pas de bonheur pour le méchant, et que ses jours ne seront point de longue durée, parce qu'il ne craint pas la présence de Dieu. » Cette interprétation est facile à comprendre ; observons toutefois que le mot hébreu MAATH מאת, que les Septante ont rendu par *dès alors*, *ex tunc*, et nous-même par *cent fois*, a été traduit dans Aquila, Symmaque et Théodotion par *est mort*, en sorte que le sens est celui-ci : Celui qui a péché, qui a fait le mal, *est mort* ; il est mort sur le moment même où il a péché. Que si, avec les Septante, au lieu de *est mort*, nous lisons *dès alors*, nous devons suivre les quelques commentaires qui disent : Ce n'est pas au moment où le pécheur paraît commettre la faute qu'il pèche, il a péché auparavant ; «Les pécheurs sont réprouvés et furent coupables dès le sein maternel.» *Psalm.* LVII, 4. Et ces commentaires cherchent comment expliquer ce qui suit : « Ils ont dit des choses fausses ; » le sens simple en effet ne paraît pas avoir pour conséquence que les pécheurs enfants doivent mentir dès qu'ils quittent le sein de leur mère.

« Au contraire, que le méchant soit malheureux et que ses jours passent comme l'ombre, parce qu'il ne respecte point la présence du Sei-

perunt in Ecclesia potestatem, et scandalizant magis eos, quos docere et ad meliora debuerant incitare. Hi frequenter post mortem laudantur in Ecclesia, et beati in his, quæ non probabiliter fecerant, publice sive a successoribus, sive a populis prædicantur. Et hoc itaque vanum est, quia enim non ut egerunt, sic audiunt, nec statim corripiuntur in peccato suo (nemo quippe audet accusare majorem), propterea quasi sancti et beati, et in præceptis Domini ambulantes, augent peccata peccatis. Difficilis est accusatio in episcopum. Si (al. *Et si*) enim peccaverit, non creditur, et si convictus fuerit, non punitur.

« Quia peccator facit malum centies, et elongat ei. Ex hoc cognosco ego, quod erit bonum timentibus Deum, qui timebunt a facie ejus. » *Eccl.* VIII, 12. Ex eo quod peccanti plurimum, hoc quippe significat centies, dat Deus locum pœnitentiæ, et non eum statim punit in scelere, sed exspectat, ut convertatur ab iniquitate sua ; ego intelligo quam benignus et misericors super eos futurus sit Deus, qui habent timorem ejus, et ad verbum illius contremiscunt. Symmachus hunc locum ita transtulit : « Peccans enim malus mortuus est, longanimitate concessa ei. Porro ego scio, quia erit bene timentibus Deum, qui timuerunt a facie ejus. Bonum vero non erit iniquo, neque longo supererit tempore, quia non timuit a facie Dei. » Et quia manifestum est quid iste transtulerit, hoc dicendum est quod verbum Hebraicum MAATH מאת, quod Septuaginta « ex tunc » transtulerunt, et nos « centies » posuimus, Aquila et Symmachus et Theodotio, « mortuus est, » interpretati sunt, ut sit sensus, qui peccavit, et fecit malum, « mortuus est : » in eo enim quod peccavit, statim mortuus est. Si autem juxta Septuaginta Interpretes, pro eo quod est, « mortuus est, » legerimus « ex tunc, » juxta quosdam hic egerit sensus : Peccator non tunc primum peccat, quando videtur facere peccatum, sed jam ante peccavit : « Alienati (al. *abalianati*) sunt enim peccatores a vulva, erraverunt a ventre ; » *Ps.* LII, 4 ; et quærunt hoc, quod sequitur, « locuti sunt falsa, » quomodo possit exponi ; simplex enim intelligentia habere consequentiam non videtur, parvulos peccatores, statim ut de vulva ejecti sunt, mendacium loqui.

« Et bonum non sit impio, et non prolonget dies

gneur. » *Eccl.* VIII, 13. Il prédit le malheur de ceux qui n'ont pas la crainte de Dieu, il désire presque que leur punition ne soit pas longtemps différée, que la mort les saisisse et qu'ils reçoivent les châtiments mérités. Il y a quelque chose de semblable dans l'Apôtre : « Plût à Dieu que ceux qui mettent le trouble parmi vous fussent même retranchés ! » *Galat.* V, 12 ; et ailleurs : « Alexandre, l'ouvrier en cuivre, m'a fait beaucoup de mal ; le Seigneur lui rendra selon ses œuvres. » II *Tim.* IV, 14. Remarquons en passant la mansuétude de saint Paul envers son ennemi Or ce qu'il prétexte est conforme à la lettre du texte hébreu. Mais si l'on suit la version des Septante, qui déduisant en quelque sorte ce verset du précédent, a dit : « Je sais certainement que ceux qui craignent Dieu seront heureux, afin qu'on respecte sa présence, et que le méchant au contraire sera malheureux, et que ses jours ne se prolongeront pas dans cette vie qui est une ombre, parce qu'il ne respecte point les yeux du Seigneur» on pourra donner l'explication suivante : Ce que je viens de dire arrivera ; toutefois, j'en ai la certitude, ceux qui craignent la présence de Dieu seront heureux, parce que « Dieu voit ceux qui font le mal, » *Psalm.* XXXIII, 17, en sorte que l'impie sera malheureux, parce qu'il ne respecte pas les yeux du Seigneur ; il ne prolongera pas ses jours dans l'ombre, c'est-à-dire les jours de sa vie, qui est comme une ombre pour les vivants. Ce ne sont pas en effet ceux qui vivent longtemps, qui prolongent leurs jours ; ce sont ceux qui leur donnent l'accroissement des bonnes œuvres. C'est pourquoi Jacob, se reconnaissant pécheur, a dit : « Le petit nombre de mes jours a été traversé de beaucoup de maux ;» *Genes.* XLVII, 9 ; et le Psalmiste repentant : « Mes jours ont décliné comme l'ombre, et je me suis desséché comme l'herbe fauchée. » *Psalm.* CI, 12. Non point qu'il ambitionne un long séjour en ce monde, où tout le temps que nous passons n'est qu'une ombre, une image éphémère, puisque « tout homme n'est qu'une image qui marche ; » *Psalm.* XXXVIII, 7 ; mais il craint qu'en l'autre monde, où est la vie véritable, ne soit diminuée la durée de sa vie.

« Ce qui se fait sur la terre n'est que vanité, puisqu'il y a des justes à qui les malheurs arrivent comme s'ils avaient fait les actions des méchants, et des méchants qui vivent en assurance comme s'ils avaient fait les œuvres des justes. Je dis que cela aussi est vanité. » *Eccl.* VIII, 14. J'ai remarqué comme une vanité, entre toutes celles que sème dans le monde la multiplicité des événements, que les justes sont souvent frappés des malheurs qui devraient tomber sur les impies, tandis que les impies ont ici-bas une existence si prospère qu'on serait tenté de les croire les plus justes. L'Evangile nous en fournit un exemple dans le riche couvert de pourpre et

quasi umbra, qui non timet a facie Dei. » *Eccl.* VIII, 13. Imprecatur male his qui non habent timorem Dei et optat ne diu differatur ad pœnam, sed statim morte subtracti, cruciatus recipiant, quos merentur. Simile quid et Apostolus loquitur : « Utinam præcidantur qui vos conturbant.» *Galat.* V, 13. Et alibi : Alexander ærarius multa mihi mala ostendit ; reddat illi Dominus secundum opera ejus. » II *Tim.* IV, 14. Quæ quomodo clementer dicta sint, requirendum est. Hæc juxta sensus Hebraici veritatem. Si quis vero Septuaginta Interpretes sequitur, qui quasi ab alio sensu incipientes, dixerunt : « Et ego recognosco, quia erit bonum timentibus Deum, ut timent a facie ejus, et bonum non erit impio, et non prolongabit dies in umbra, quia non est timens a facie Dei ; » hoc poterit dicere : Fient quidem et illa, de quibus paulo ante tractavi ; ego tamen manifestissime cognosco, quia bene erit his qui timent a facie Dei : « Vultus enim Domini super facientes mala.» *Ps.* XXXIII, 17. Et impio non erit bene ; non enim timet a facie Dei, et non prolongabit dies in umbra, hoc est, dies vitæ suæ, qui quasi umbra viventibus sunt. Non enim hi, qui multo tempore vivunt prolongant dies suos, sed qui grandes eos faciunt bonorum operum magnitudine. Unde et Jacob quasi se peccatorem confitens, dicit : « Parvi et mali dies mei. » *Gen.* XLVIII, 9. Et in psalmo confitens : « Dies, » inquit, « mei sicut umbra inclinati sunt (al. *declinaverunt*) et ego sicut fenum arui ; » *Psal.* CI, 12. Non quod longam vitam quæsierit in præsenti, in quo omne quod vivimus, breve et umbra est, et imago : « In imagine enim perambulat homo ; » *Ps.* XXXVIII, 7 ; sed quod de futuro timeat, ne longitudo vitæ ipsius, ubi vera est vita, brevietur.

« Est vanitas quæ fit super terram ; quia sunt justi ad quos perveniunt quasi facta impiorum, et sunt impii ad quos perveniunt quasi facta justorum. Dixi quia et hoc vanitas est. » Inter cæteras vanitates, quæ in mundo vario feruntur eventu, etiam hoc deprehendi, quod justis ea frequenter eveniunt, quæ impiis evenire debuerant, et impii tam feliciter in hoc mundo degunt ut eos putes esse justissimos. Dabit exemplum Evangelium divitis purpurati, et pauperis Lazari. *Luc.* XVI. Septuagesimus quoque secundus psalmus de hac re disputat : cur justis interdum mala, et impiis eveniant

dans le pauvre Lazare. *Luc.* XVI. Le soixante-douzième psaume traite aussi cette question : pourquoi les justes sont-ils parfois malheureux, tandis que les méchants sont heureux. Au lieu de traduire comme nous : « Ce qui se fait sur la terre n'est que vanité, » Symmaque a dit d'une manière absolue : « Ce qui se fait sur la terre est difficile à connaître. » Dans les justes à qui les malheurs arrivent, et les impies qui ont le bénéfice des œuvres des justes, les Hébreux voient les fils d'Aaron et Manassès, en ce que les premiers périrent au milieu de leur sacrifice, et que celui-ci fut rétabli sur le trône après les plus grandes épreuves et sa captivité.

« Et j'ai loué la joie, parce que dans la vie d'ici-bas rien ne vaut comme manger et boire, et jouir du fruit de ses travaux. C'est là tout ce qui revient à l'homme de son travail durant les jours de vie que Dieu lui accorde sous le soleil. » *Eccl.* VIII, 15. Nous avons déjà amplement commenté ce passage, n'y revenons qu'en peu de mots. Salomon, aux embarras du siècle, aux injustices qui se commettent dans le monde, préfère la jouissance modérée des biens acquis, quelque éphémère qu'elle soit, parce que l'homme ne semble retirer d'autre fruit de son travail en ce monde que les courts instants de joie qu'il lui procure. Mais ce passage, s'il était pris au pied de la lettre, nous ferait regarder comme malheureux ceux qui jeûnent, ceux qui ont faim, ceux qui ont soif, ceux qui pleurent, tandis l'Evangile les appelle bienheureux. Il s'agit donc ici de nourriture et de boisson spirituelles, et surtout de cette joie, qu'au milieu des travaux de cette vie nous pouvons à peine pressentir. Qu'il faut entendre ce passage comme nous l'avons dit, c'est ce que prouve le verset suivant : « Mon esprit s'est appliqué à chercher la sagesse et l'occupation qui nous est faite sur la terre ; » puisque cette occupation de l'homme sur la terre doit consister à pâlir nuit et jour dans la méditation des Ecritures, au point que le plus souvent la recherche de la vérité interdise le sommeil à ses yeux.

« C'est pourquoi mon intelligence s'est appliquée à chercher la sagesse, et j'ai reconnu que la peine d'esprit est notre partage sur la terre, parce qu'il n'y a de repos pour le savant ni le jour ni la nuit. En présence des œuvres de Dieu qui se font sous le soleil, j'ai vu qu'il n'est pas possible à l'homme d'en découvrir les raisons ; plus il fait d'efforts pour y arriver, moins il y réussit. Quand le sage même dirait qu'il a cette connaissance, il ne pourra la trouver » *Eccl.* VIII, 16. Celui qui cherche les causes et les raisons des choses : pourquoi ceci ou cela s'est fait, et pourquoi des événements divers gouvernent le monde ; pourquoi celui-ci naît aveugle et faible, quand celui-là naît avec de bons yeux et plein de force ; pourquoi l'un à la pauvreté et l'autre les riches-

bona. Pro eo autem quod nos posuimus : « Est vanitas, quæ fit super terram, » Symmachus absolute transtulit, dicens : « Est difficile cognitu quod fit super terram. » Hebræi, justos quibus eveniant mala, et impios quibus accedant opera justorum, filios Aron interpretantur, et Manassen, quod illi sacrificantes perierint, et iste post tanta mala et captivitatem in imperium restitutus sit.

« Et laudavi ego lætitiam ; quia non est bonum homini sub sole, nisi comedere, et bibere, et lætari. Et ipsum egredietur cum eo de labore suo diebus vitæ suæ, quos dedit ei Deus sub sole. » *Eccl.* VIII, 15. Hoc plenius supra interpretati sumus, et nunc strictim dicimus : licet brevem et cito finiendam præferre eum vescendi et bibendi voluptatem angustiis sæculi, et his quæ fieri videntur inique in mundo : quod solum hoc homo de labore suo habere videatur, si vel modico fruatur refrigerio. Verum hæc interpretati jejunantes, esurientes, sitientes, atque lugentes, quos beatos in Evangelio Dominus vocat, *Matth.* V, si sic accipiantur, ut scriptum est, miseros approbabit. Et cibum itaque et potum spiritualiter accipiamus, et super eis lætitiam, quam in labore vitæ nostræ vix possumus invenire. Quod autem hæc ita sentienda sint, ut diximus, demonstrat sequens versiculus, in quo ait : « Dedi cor meum, ut viderem sapientiam et occupationem, » quod scilicet occupentur homines super terram, et diebus ac noctibus in Scripturarum meditatione versantur : ita ut plerumque pro investigatione veri ab oculis somnus aufugiat.

« Quapropter dedi cor meum, ut cognoscerem sapientiam et viderem occupationem, quæ facta est super terram. Quia et in die et in nocte somnum (al. *somnium*) in oculis suis non est videns. Et vidi omnia opera Dei ; quia non poterit homo invenire opus quod factum est sub sole, in quo laboravit homo, ut quæreret, et non inveniet. Siquidem et si dixerit sapiens se cognoscere, non poterit invenire. » *Eccl.* VIII, 16. Qui quærit causas rationesque rerum, quare hoc vel illud factum sit, et quare mundus variis gubernetur eventibus : cur alius cæcus et debilis, alius videns nascatur et sanus ; hic paupertatem habeat, ille divitias ; iste sit nobilst, ille inglorius ; nihil aliud proficit, nisi in sua tantum quæstione torqueri, et disputationem pro tormento habere, nec tamen invenire quod quærit... Et

ses en partage; pourquoi tel a la gloire et tel autre l'obscurité; ce penseur, dis-je, n'obtient d'autre résultat que d'être torturé par la question qu'il se pose; elle lui est une continuelle torture, sans qu'il puisse la résoudre jamais... S'il prétend qu'il l'a résolue, c'est alors qu'il commence à l'ignorer, à se débattre dans les profondes ténèbres de l'erreur. Salomon laisse entrevoir cependant qu'il n'y a pas d'effet sans cause, et que rien n'arrive sans une juste raison; mais toute cause est dans le secret de Dieu et ne peut être comprise par les hommes.

apud philosopbos minor mundus vocatur. Et viri in ea pauci, membra de quibus homo ipse contexitur. Cum autem venerit adversus eam rex magnus diabolus (*a*), et quæsierit locum per quem possit irrumpere, invenitur in ea humilis et sapiens, et quieta cogitatio interioris hominis, et servat (al. *eruet*) urbem quæ obsessa ab hostibus cingebatur. Cumque homo de periculo sive persecutionis, sive angustiarum, sive cujuscumque adversæ rei atque peccati fuerit erutus ; homo ille exterior, qui inimicus est illius pauperis hominis, et sapientis, non recordatur interioris hominis, nec subdit se consiliis ejus ; sed rursum sua fruitur libertate (al. *libera voluntate*). Aliter : Parva civitas est, et viri in ea paucl, ad comparationem totius mundi, Ecclesia est : adversus quam sæpe consurgit rex magnus diabolus (non quod magnus sit, sed quod magnum se esse jactitet) et circumdat eam obsidione sive persecutionis, sive alio angustiarum genere. Et invenit in ea virum pauperem et sapientem, Dominum Jesum Christum, qui pro nobis pauper factus est ; II *Cor.* VIII, 9 ; et est ipsa sapientia ; et ille vir pauper liberat urbem in sapientia sua. Quoties vidimus sedentem leonem in insidiis cum divitibus, hoc est, cum senatoribus et principibus hujus sæculi, et adversus Ecclesiam molientem, pauperis istius sapientia corruisse ? Cumque pauper hic vicerit, et urbs paci fuerit restituta, vix aliquis ejus meminit, vix illius mandata considerat ; sed totos se luxuriæ et voluptatibus concedentes, quærunt divitias, quæ in necessitate non liberant.

« Et dixi ego, melior (al. *meliorem esse sapientiam*) est sapientia super fortitudinem, et sapientia pauperis quæ despecta est, et verba ejus quæ non sunt audita. » *Eccl.* IX, 16. Quamquam nullus meminerit sapientis pauperis illius, cum læta sint omnia ; sed universi potentiam, et divitias admirentur : ego tamen secundum omnes supra interpretationes magis honoro contemptam sapientiam, et verba quæ nullus audire dignatur.

« Verba sapientium in quiete audiuntur, plus quam clamor potestatem habentis in stultis. » *Eccl.* IX, 17. Quemcumque in Ecclesia videris declamatorem, et cum quodam lenocinio ac venustate verborum excitare plausus, risus excutere, audientes in affectus lætitiæ concitare : scito signum esse insipientiæ, tam ejus qui

(*a*) « Et quæsierit locum, » etc. Inepta plurima verba hoc loco veteres editiones Erasm. et Marian. interpolant textui Hieronymiano, quæ intra parenthesim ita concludunt : (diabolus serpens est lubricus, cujus si capiti, id est, primæ suggestioni non resistitur, totus interna cordis, dum non sentitur, illabitur, tentationum diabolicarum initia flagitia sunt : non est immissor, sed incensor vitiorum. Unde David : « Tu confregisti caput draconis.) » MARTIAN.

calme, dans un silence sans affectation; quant à l'insensé, serait-il puissant, et eût-il le bruit de sa propre voix et des acclamations unanimes du peuple, il n'en sera pas moins compté au nombre des insensés.

« La sagesse vaut mieux que tous les engins de guerre, et la faute d'un seul paralyse beaucoup de ressources. » *Eccl.* IX, 18. Ici encore Salomon préfère la sagesse à la force; dans les combats, dit-il, elle vaut mieux que les armes des combattants. Qu'il s'y trouve un seul insensé, n'aurait-il que peu d'autorité, ne serait-il rien, souvent néanmoins il suffit de sa sottise pour ruiner les meilleurs plans et perdre les plus grandes ressources. Comme on peut traduire ainsi le texte hébreu : « Celui qui pèche une seule fois perd le fruit de beaucoup de bien qu'il a fait,» on arrive à cette autre interprétation qu'un seul péché perd un grand nombre de bonnes œuvres antérieures, et que les vertus s'engendrent mutuellement, en sorte que celui qui en a une les a toutes. « Quiconque viole la loi en un seul point, est coupable comme s'il l'avait violée tout entière. » *Jacob.* II, 10.

« Les mouches qui s'y noient corrompent l'huile parfumée. La sagesse modeste est préférable à la sagesse prétentieuse. » *Eccl.* X, 1. Il donne un exemple de la précédente maxime où il est dit qu'il suffit d'un sot pour perdre beaucoup de biens, parce qu'un méchant mêlé aux bons en pervertit plusieurs, comme les mouches dans un parfum en corrompent l'odeur et la couleur. Et comme souvent la sagesse est mêlée de ruse, et la prudence a sa malice, il nous prescrit de rechercher la sagesse simple, mêlée à l'innocence des colombes ; soyons prudents en présence du bien et simples en face du mal. Voici le sens: Il sied au juste d'avoir un peu de simplicité, il vaut mieux qu'il paraisse sot à cause de sa trop grande patience en laissant à Dieu le soin de la vengeance, que d'exercer sa malice sous le voile de la prudence en se vengeant sur l'heure. Autrement: Les mouches, qui d'après Isaïe, dominent sur une partie du fleuve d'Egypte, détruisent la douceur de l'huile, pour laisser en chacun de ceux qui croient l'odeur et les traces de leurs immondices. A cause de ces mouches encore le prince des démons a reçu le nom de Beelzébub, mot qui signifie *idole des mouches*, ou bien *homme des mouches*, ou enfin *qui a des mouches*.

« Le sage a son cœur dans sa main droite, et l'insensé dans sa main gauche. Et l'insensé, marchant dans sa voie, dit dans l'aveuglement de son cœur: Tout homme est insensé comme moi.» *Eccl.* X, 2. C'est ainsi que l'Evangile nous donne ce précepte : Que votre main gauche ne sache pas ce que fait votre main droite. *Matth.* VI, 3. Et lorsque quelqu'un nous a frappé sur la joue droite, il nous est prescrit de lui présenter l'autre,

loquitur quam eorum qui audiunt. Verba quippe sapientium in quiete, et moderato audiuntur silentio; qui vero insipiens est, quamvis sit potens, et clamorem sive suæ vocis, sive populi habeat acclamantis, inter insipientes computabitur.

« Melior est sapientia super vasa belli, et peccans unus perdet bonitatem multam. » *Eccl.* IX, 18. Nunc quoque sapientiam præfert fortitudini, et dicit plus eam valere in præliis, quam arma pugnantium. Quod si unus insipiens fuerit, quamvis parvus et nihil sit, crebro tamen per illius stultitiam, opes magnas divitiasque subverti. Quia vero in Hebræo potest legi : « Et qui peccat unum perdet bonitatem multam, » etiam sic sentiendum est ; quod propter unum peccatum, multæ justitiæ retro pereant, et invicem se virtutes sequi, et qui unam babuerit, habere omnes. Et qui in uno peccaverit, eum omnibus vitiis subjacere. *Jacob.* II, 10.

« Muscæ mortis polluunt oleum compositionis ; pretiosa est super sapientiam et gloriam stultitia parva. » *Eccl.* X, 1. Exemplum superioris sensus dedit, in quo ait : per unum stultum multa bona posse subverti, quod sic malus mixtus bonis contaminet plurimos, quomodo muscæ si moriantur in unguento, perdant et odorem illius et colorem. Et quia sæpe calliditati mixta est sapientia, et habet malitiam prudentia, præcipit ut sapientiam simplicem requiramus, mixtaque sit cum innocentia columbarum : prudentes simus ad bonum, simplices autem ad malum. Et est sensus : Convenit justo parum habere simplicitatis, et propter nimiam patientiam, dum ultionem reservat Deo, stultum videri, quam statim se vindicantem sub velamento prudentiæ exercere malitiam. Aliter : Muscæ quæ juxta Isaiam, VII, 18, principantur parti fluminis Ægypti, perdunt olei suavitatem, in unoquoque credentium relinquentes immunditiæ suæ odorem atque vestigia. Ab his muscis etiam princeps appellatus est dæmoniorum Beelzebub, *Matth.* XII, 24, qui interpretatur aut « idolum muscarum, aut vir muscarum, aut habens muscas. »

« Cor sapientis in dextra ejus, et cor stulti in sinistra illius. Sed et in via, cum stultus ambulat, cor ejus minuitur, et dicit : Omnis insipiens est. » *Eccl.* X, 2. Et in Evangelio præcipitur, ut nesciat sinistra quid fa-

et il n'est pas dit la joue gauche. *Matth.* v, 39. Le juste en effet n'a rien de gauche en lui, tout y est droit. Quand le Sauveur viendra pour le jugement, les agneaux seront à droite, et les boucs à gauche. *Matth.* xxv, 33. Il est écrit aussi dans les Proverbes: « Le Seigneur connaît les voies droites; mais celles qui sont tortueuses sont à sa gauche. » *Prov.* iv, 27. C'est pourquoi celui qui est sage pense sans cesse à la vie future qui le mène à droite; l'insensé au contraire n'a de pensées que pour la vie présente, qui est à gauche. C'est d'après cette vérité qu'un poëte philosophe a dit: « Notre chemin vers l'Elysée est par la route de droite, qui conduit jusqu'à la demeure du grand Jupiter; la route de gauche aboutit au cruel Tartare, où les méchants subissent leur châtiment. » *Virgil.*, *Æneid.* v. Notre Lactance à son tour, dans son remarquable ouvrage des *Institutions*, se souvenant de la lettre Y, a longuement traité de la route de droite et de celle de gauche, c'est-à-dire des vertus et des vices. Et n'allons pas croire qu'en cet endroit l'Ecriture contredise cette autre courte maxime: « Ne vous détournez ni à droite ni à gauche. » *Prov.* iv, 27. D'une part l'expression « le côté droit » signifie le bien, de l'autre, il s'agit moins de la droite que de la déviation à droite, afin que nous ne soyons pas plus sages qu'il ne faut, parce que les vertus tiennent le juste milieu, et qu'en toute chose l'excès est un défaut. Pour le verset qui suit: « L'insensé, marchant dans sa voie, dit dans l'aveuglement de son cœur: Tout est folie, » ou bien: « Tout homme est fou, » en voici le sens; L'insensé, parce qu'il est pécheur, espère que tout homme est comme lui et juge tous ses semblables d'après lui-même. Au reste, voici l'interprétation de Symmaque: « L'insensé, marchant dans sa voie, juge d'après sa folie que tous les hommes sont fous. » Enfin les Septante ont cherché un autre sens qui leur permît de dire: « Toutes les pensées de l'insensé sont vaines. »

« Si l'esprit de celui qui a la puissance s'élève contre vous, n'abandonnez pas la place, parce que le bon sens empêche de grands péchés. » *Eccl.* x, 3. C'est le prince de ce monde, le souverain de ce siècle ténébreux, le fauteur des divisions humaines, dont parle l'Apôtre, *Ephes.*, ii, 2; vi, 12, que l'Ecriture désigne ici. Que s'il s'élève sur notre cœur et que notre âme reçoive la

ciat dextera sapientis, *Matth.* vi, 3. Et quando percutimur in maxillam dexteram, non jubemur sinistram genam percutienti præbere, sed alteram dexteram, *Matth.* v, 39. Justus enim sinistram in se non habet, sed totum in eo dextrum est. Et cum ad judicandum Salvator venerit, agni stabunt a dextris, hœdi vero a sinistris erunt, *Matth.* xxv, 33. Et in Proverbiis scribitur: « Dextras vias novit Dominus; quæ autem perversæ sunt, a sinistris sunt.» *Prov.* iv, 27. Qui ergo sapiens est, semper de futuro sæculo cogitat, quod ducit ad dextram. Qui vero insipiens, de præsenti, quod positum est in sinistra. Quæ quidem secutus idem philosophus (*a*) et poeta, ait *Virgil.*: *Æneid.* vi:

Dextera quæ magni ditis sub mœnia ducit, (al. *tendit*).
Hac iter Elysium nobis: at læva malorum
Exercet pœnas, et ad impia tartara mittit (al. *ducit*).

Firmianus quoque noster in præclaro Institutionum suarum opere Y litteræ meminit, et de dextris ac sinistris, hoc est, de virtutibus et vitiis plenissime disputavit. Nec putemus huic sententiolæ illud esse contrarium, in quo dicitur: « Ne declines in dexteram, neque in sinistram. » *Prov.* iv, 27. Hic enim pars dextera pro bono accipitur; ibi vero non tam dextera, quam declinatio dextræ accusatur, ne plus sapiamus quam sapere nos necesse est, quia virtutes in medio sunt, et nimietas omnis in vitio est. Sequentis autem versiculi in quo ait: « Sed et in via cum stultus ambulat, cor ejus indiget, et dicit: Omnis insipientia est, sive insipiens, » hic est sensus: Stultus, ut ipse peccat, sperat omnes peccare similiter, atque ex suo ingenio universos judicat. Denique Symmachus ita interpretatus est: « Sed, et in via stultus cum ambulat, ipse insipiens suspicatur de omnibus, quia stulti sunt. » Septuaginta vero alium fecere sensum, quo dicerent: « Omnia quæ insipiens cogitat, esse vanissima. »

« Si spiritus habentis potestatem ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, quia sanitas requiescere facit peccata magna. » *Eccl.* x, 3. Principem mundi istius et rectorem tenebrarum harum, et operantem in filiis diffidentiæ, cujus et Apostolus meminit, *Ephes.* ii, 3; *et* vi, 12, nunc Scriptura significat. Quod si in cor nostrum ascenderit, et animus malæ cogitationis vul-

(*a*) « Philosophus et Poeta ait. » Virgilii hæc sunt sexto Æneidos libro circa medium:

Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas:
Dextera, quæ ditis magni sub mœnia tendit;
Hac iter Elysium nobis: at læva malorum
Exercet pœnas, et ad impia tartara mittit.

Recitat eadem Lactantius Firmianus Institut. Divinar. libro sexto, cap. 3 et 4, ubi de virtutibus et vitiis plenissime disputat, et Y litteræ meminit, quam Pythagoricam alii dicunt, sive Pythagoræ litteram, sicut et ipse Hieronymus epist. ad Lætam de institutione filiæ, et Epist. ad Pammachium super obitu Paulinæ. Consule etiam Commentaria Xysti Betulei Augustani in Lactantii capitula supra citata. MARTIAN.

blessure d'une mauvaise pensée, nous ne devons point lui céder la place; nous devons lutter contre cette mauvaise pensée et nous délivrer du péché plus grand que nous commettrions en la complétant par l'action : car autre chose est pécher par pensée, autre chose pécher par action. C'est de ce grand péché qu'il est écrit dans le psaume : « Si mes instincts ne m'entraînent pas, je serai sans tache, je serai pur du plus grand des crimes. » *Psalm.* XVIII, 4. Symmaque a interprété d'après ce sens le mot hébreu, מרפא MARPHE, que tous ont traduit par ἴαμα, c'est-à-dire *bon sens* ou *guérison*; il dit : « Si l'esprit du prince se jette sur vous, ne lui cédez point la place, parce que la pudeur empêche de grands péchés. » C'est-à-dire, si le diable aiguillonne votre esprit et vous excite au désordre, gardez-vous de suivre votre mauvaise pensée et les appâts de la volupté; soyez fort, tenez-vous ferme, et que l'eau de la chasteté éteigne le feu des plaisirs. Mon maître d'hébreu, en cet endroit, a soupçonné je ne sais comment quelque chose comme le sens qui suit: Si vous êtes investi en ce monde de quelque dignité, si vous êtes placé au-dessus des autres hommes, gardez-vous d'abandonner vos œuvres primitives, d'oublier les antiques vertus, de ne pas poursuivre la tâche commencée; le remède des péchés se trouve dans une conduite exemplaire, et non point dans le vain orgueil d'une dignité.

« Il y a une iniquité que j'ai vue sous le soleil, comme si le puissant l'avait laissé échapper par inadvertance : l'insensé occupe les places les plus hautes, et les riches en vertus sont assis dans la poussière. J'ai vu les esclaves sur les chevaux, et les princes marchant à pied comme des esclaves. » *Eccle.*, X, 4,5. Là où nous disons : « Comme échappée à l'inadvertance du Tout-Puissant, » Aquila, Théodotion et les Septante interprètent : « Comme non spontanée, » c'est-à-dire, ὡς ἀκούσιον, « de la part du Seigneur. » Et Symmaque ajoute ensuite : « L'insensé est placé au rang le plus élevé, tandis que le riche en sagesse est assis à la dernière place. » L'Ecclésiaste rappelle qu'il a été témoin en ce monde d'une iniquité, qui paraît au premier abord un injuste décret de Dieu : on serait tenté de l'accuser d'ignorance des événements ou d'impuissance, quand on voit, soit dans les gouvernements temporels, soit dans les hautes positions de l'Eglise, ceux qui sont riches en paroles et en sagesse et riches aussi en bonnes œuvres, occuper les derniers rangs, et les moins sages être investis de la puissance effective. L'Apôtre ne nous cache point que c'est là l'œuvre du démon, à qui Dieu permet d'opprimer en ce monde les puissants et les savants, et de les em-

nus acceperit, non debemus (al. *debeamus*) locum ultra tribuere, sed pugnare contra cogitationem pessimam, et liberare nos a peccato maximo, ne scilicet cogitationem opere compleamus : quia aliud est cogitatione, aliud opere peccare. De quo grandi peccato et in psalmo scribitur : « Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundabor a delicto maximo. » *Psal.* XVIII, 4. Symmachus verbum Hebraicum מרפא MARPHE, quod omnes ἴαμα, hoc est « sanitatem, » vel « curationem » similiter transtulerunt, interpretatus est ad sensum, et ait : « Si spiritus principis irruerit tibi, de loco tuo ne recedas; quia pudicitia comprimit peccata magna. » Id est, si titillaverit mentem tuam diabolus, et te ad libidinem concitaverit, ne sequaris cogitationem pessimam et blandientem voluptatem ; sed sta fortis et rigidus, et frigore castitatis flammam voluptatis exstingue. Hebræus in hoc loco tale nescio quid suspicatus est: Si aliquam in mundo acceperis dignitatem, et ordinatus fueris major in populis, noli relinquere priora opera tua, antiquarum virtutum ne incipias oblivisci, laboremque pristinum non habere; quia peccatorum remedium ex conversatione bona nascitur, et non ex tumenti et superflua dignitate.

« Est malum quod vidi sub sole, quasi ignorantia egrediens a facie potentis : dari stultum in sublimitatibus magnis, et divites in humili sedentes. Vidi servos in equis, et principes ambulantes quasi servos super terram. » *Eccl.* X, 4. Pro eo quod nos posuimus : « Quasi ignorantia egrediens a facie potentis, » Aquila et Theodotio et Septuaginta interpretati sunt : « Quasi non spontaneum, id est, ὡς ἀκούσιον, a facie principis. » Cui subnectens Symmachus, ait : « Positum stultum in sublimitate magna, divites autem sedere humiles. » Et hanc ergo iniquitatem se in sæculo perspexisse commemorat, quod videatur injustum esse Dei judicium : et sive per ignorationem, sive absque ejus fieri voluntate, ut vel in mundi potestatibus, vel in Ecclesiæ principatu, hi qui divites sunt in sermone atque sapientia, divites etiam in operibus bonis, ignobiles sedeant, et imprudens quisque in Ecclesia principatum teneat. Hoc autem fieri Apostolus non tacet a diabolo, qui in sæculo habet potestatem, ut (al. *dum*) potentes quosque et doctos viros premat, nec eos in populis apparere permittat. Illos vero quos scit imprudentes esse in Ecclesiis, faciat esse majores, ut cæci a cæcis ducantur in foveam. In hunc sensum facit et illud quod sequitur : « Vidi servos super equos, et principes ambulare quasi servos super terram. » Quod hi qui servi

pêcher de dominer sur les peuples. Il fait les plus grands ceux qu'il sait être dénués de sagesse, afin que les aveugles conduisent les aveugles à l'abîme. L'Ecclésiaste poursuit le même sens, quand il dit : « J'ai vu les esclaves sur les chevaux, et les princes marcher à pied comme des esclaves, » il rappelle que ceux qui sont esclaves de leurs vices et du péché, ou qui sont si humbles que les hommes les regardent comme des esclaves, couvrent la voie publique de leurs carrosses, si le diable leur donne l'orgueil d'une élévation soudaine ; tandis que les plus nobles et les plus sages, opprimés par la pauvreté, marchent à pied et dans la tenue des esclaves. Mon Hébreu voyait Dieu dans ce prince puissant, dont la face paraît voilée par l'ignorance, parce que, disait-il, les hommes, en présence des inégalités de fortune, accusent Dieu de ne pas gouverner selon la justice et l'équité. D'autres commentateurs estiment qu'il faut relier ceci à ce qui précède, et qu'il s'agit encore du puissant dont il a été dit : « Si l'esprit de celui qui a la puissance s'élève sur vous, ne lui abandonnez point la place. » Par conséquent, ne nous attristons point de ce que nous paraissons humbles en ce monde, sachant que les insensés s'élèvent en présence du démon, qui foule aux pieds les riches ; que les esclaves y sont revêtus des insignes de la souveraineté, tandis que les princes marchent dans le vil appareil des esclaves. Il faut remarquer que le mot cheval est pris ici en bonne part, comme en cet autre passage : « L'équitation est votre salut. »

sunt vitiorum atque peccati, sive tam humiles, ut servi ab hominibus computentur, (a) subita a diabolo dignitate perflati, vias publicas mannis terant ; et nobilis quisque et prudens, paupertate oppressus, gradiatur itinere officioque servorum. Hebræus potentem et principem, a cujus facie ignoratio videatur egredi, Deum exposuit, quod putent homines in hac inæqualitate rerum, illum non juste, et ut æquum est, judicare. Porro alii cum superioribus æstimant esse jungendum : Ut ipse sit potens, de quo ante hos versus dicitur : « Si spiritus habentis potestatem ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. » Non simus itaque tristes, si hoc sæculo humiles esse videamur, scientes a facie diaboli et stultos sublevari, et divites dejici ; servos insignia habere dominorum, et principes servorum ingredi vilitate. Notandum autem quod et hic equus in bonam partem accipitur, ut ibi : « Et equitatio tua salus. »

« Qui fodit foveam, in ipsam incidet, et qui dissipat spem mordebit eum serpens. » *Eccl.* x, 6. Ex parte simplex et ex parte mysticus intellectus est. Siquidem et alibi (b) ipse Salomon ait : « Qui statuet laqueum, capietur in illo. » *Eccl.* XXVII, 29, Et in psalmo septimo : « Lacum aperuit, et effodit eum, et incidit in foveam quam fecit. » Sepis autem maceriæque convulsio, Ecclesias-

(a) « A diabolo dignitate perflati. » Famosissimus locus cum propter exemplarium variantes lectiones, tum propter non pauca falso addita et corrupta in Editione Erasmiana et in aliquot mss. codicibus, ubi sic contextum depravatum legimus : « Subita a diabolo dignitate per flagitia publica sublimentur, quos vulgo lubricos appellant ; magister autem nobilis quisque, » etc. Eodem modo legit ms. Sorbonicus, ita tamen ut non retineat vocem « sublimentur, » et pro « lubricos » habeat « luridos ; » sed in margine exscriptor illius exemplaris hæc addit e latere : Alius liber, « perflati vias publicas mannis terant. » Unde exploratum habemus genuinam lectionem quam restituimus, in nonnullis libris exstitisse. Sicut hodieque exstat paululum mendosa in mss. codice Colbertino, in quo scriptum reperio : « Subita a diabolo dignitate perflati, vias publicas ministrarent. » Non quod inveniebat, sed quod intelligebat scripsit amanuensis ; hinc pro « mannis terant, » verbum « ministrarent. » Corbeienses interpolatum retinent contextum ; habent enim post vocem « publicas » hoc additamentum, « quos vulgo lorichos appellant. » Præter hæc verba, omnia genuina sunt in illis exemplaribus. Cæterum sententiam præsentem mutuatur Hieronymus, et quidem eleganter, ex Horatio Flacco, Epodon lib., Ode 4, in Menam libertum Pompeii magni :

Sectus flagellis hic triumviralibus
Præconis ad fastidium,
Arat Falerni mille fundi jugera,
Et Appiam mannis terit ;
Sedilibusque magnus in primis eques
Othone contempto sedet.

Eumdem sensum habent Horatii carmina, quem Ecclesiastes dum ait : « Vidi servos super equis, » etc. Porro Manni erant parvi equi, sic dicti quod mansuetudine familiarius manum sequerentur. Hieronymus Epistola ad Pammachium super obitu Paulinæ uxoris, « ferventes buricos, » sive « burdos mannos » vocat. MARTIAN.

(b) Sentire videtur, Ecclesiastici auctorem ipsum Salomonem exstitisse, quæ plurimum sane tum Græcorum cum Latinorum Patrum opinio fuit, ex quorum sensu putandus est hic loqui Hieronymus. Cum enim accuratius rem disquireret Præfation. in Salomonis libros, ab illo satis luculenter abjudicat. Ita pridem Victorius, quem Martianæus sequitur, animadvertit.

— « Siquidem et alibi ipse Salomon ait. » Jesus libri ecclesiastici scriptor ab auctore Synopseos Athanasio ascriptæ dicitur ὀπαδὸς τοῦ Σαλομῶντος, id est « Salomonis assecta ; » quia in condendis parabolis modum Salomonis rationemque tenuerit, ac plurimas sententias et parabolas ejus descripserit. Qua ratione homines docti contigisse opinantur, ut veterum Patrum plerique auctorem ecclesiastici Salomonem prædicent, et nomine Salomonis in eorum scriptionibus non raro citetur, ut hic ab Hieronymo, qui morem sui temporis secutus habebat Ecclesiasticum inter opera Salomonis. Legimus enim apud Origenem Homilia 22 in librum Numerorum : « In libro qui apud nos quidem inter Salomonis volumina haberi solet, et Ecclesiasticus dici : apud Græcos vero, Sapientia, Jesu filii Sirach appellatur. » Quæ verba non Origeni, sed Ruffino interpreti tribuuntur. Unde liquet Ecclesiasticum apud Latinos inter Salomonis volumina fuisse relatum ; e quorum tamen numero manifestissime segregatus est apud Hieronymum Præfatione in libros Salomonis asteriscis et obelis distinctos, de quibus plenissime diximus in fine I partis Bibliothecæ divinæ S. Hieronymi. MARTIAN.

« Celui qui creuse la fosse y tombera lui-même. et celui qui détruit la haie recueillera la morsure du serpent. » *Eccl.*, x, 6. Le sens est en partie simple et mystique en partie. Salomon lui-même dit ailleurs : « Celui qui tend un filet à un autre s'y prendra lui-même » *Eccl.*, xxvi, 29; et le psaume septième : « Il a ouvert le piége, il l'a creusé, il est tombé dans la fosse qu'il avait faite. » Par la haie, la clôture, il faut entendre les dogmes de l'Eglise, l'institution fondée par les Apôtres et les Prophètes; quiconque s'oppose à ces dogmes et viole ces préceptes, est mordu par le serpent en tout cela même qu'il a négligé. De ce serpent il est écrit dans Amos : « S'ils creusent la profondeur de l'abîme, j'ordonnerai au dragon de les y dévorer. » *Amos*, ix, 3.

« Celui qui détourne des pierres, sera puni à cause d'elles; et celui qui coupe l'arbre est en danger quand l'arbre tombe. » *Eccl.* x, 7. Zacharie nous montre des pierres saintes s'élevant au-dessus de la terre. Elles ne demeurent pas en effet immobiles; elles passent, et par leurs efforts toujours tournés vers le ciel, elles se hâtent de fuir d'ici-bas. C'est de ces pierres vivantes qu'est bâtie la ville du Sauveur dont parle l'Apocalypse xvi, 18 *seqq.*, et l'Apôtre nous dit hautement qu'elles servent à construire l'Eglise. Que si quelqu'un, perverti par l'esprit d'hérésie, dérobe ces pierres de l'édifice de l'Eglise, il souffrira plus tard les tourments éternels ; aussi Aquila et Symmaque, au lieu de traduire comme nous : « Celui qui détourne des pierres, sera puni à cause d'elles, » ont-ils dit significativement : « Celui qui transporte des pierres sera déchiré par elles. » Mais l'Ecriture dit d'une manière absolue : « Celui qui détourne » ou « transporte des pierres, » sans ajouter bonnes ou mauvaises; en sorte qu'il faut entendre encore que si un ministre de l'Eglise, un évêque, par exemple, ou un prêtre, enlève, conformément au précepte du Lévitique, xiv, 45, une pierre de la maison du lépreux, il doit la réduire en poussière, en cendres. Alors il s'affligera de la nécessité qui l'oblige de retrancher une pierre qui avait été destinée à l'Eglise de Jésus-Christ; il dira comme l'Apôtre : « Je me réjouis, avec ceux qui se réjouissent, je pleure avec ceux qui pleurent; » et encore : « Qui est faible, sans que je m'affaiblisse avec lui? qui est scandalisé, sans que je brûle? » II *Corinth.*, xi, 29. Pareillement, celui qui coupe l'arbre est en danger quand l'arbre tombe. Les hérétiques sont des arbres inutiles, et qui ne portent aucun bon fruit. Aussi est-il défendu de planter dans le temple de Dieu des arbres qui ne produisent que des feuilles au vain ombrage, c'est-à-dire d'y semer des paroles qui n'ont que les charmes de la sonorité. Celui-là donc qui coupe les arbres de l'hérésie avec le glaive de son discours, s'expose, quelque sage et savant qu'il soit, à de grands dangers, s'il ne

tica dogmata sunt, et institutio ab Apostolis Prophetisque fundata, quæ qui dissolverit, et voluerit præterire, in eo ipso quo negligit, a serpente percutitur. De quo serpente et in Amos scriptum est : « Si descenderit in infernum, mandabo serpenti, et mordebit eos (al. *eum*). » *Amos*, iv, 3.

« Qui subtrahit lapides, dolebit in eis ; et qui scindit ligna, periclitabitur in eis. » *Eccl.* x, 7. Volvuntur et in Zacharia sancti lapides super terram. *Zach.* ix, 16. Non enim firma in ea statione consistunt ; sec prætereunt, et semper ad altiora nitentes, hinc abire festinant. De his vivis lapidibus et in Apocalypsi xvi, 18 *seqq.*, urbs Salvatoris exstruitur, et Ecclesiam ædificari Apostolus non tacet. Si quis ergo hæretica arte perversus de Ecclesiæ ædificio istos abstulerit lapides (unde et signanter Aquila et Symmachus, pro eo, quod nos posuimus, « qui subtrahit lapides, dolebit in eis, » dixerunt : « Qui transfert lapides, dilacerabitur in eis »), postea tormenta patietur. Quia vero absolute Scriptura ait : « Qui subtrahit lapides, sive, qui transfert lapides, » et non adjecit bonos, sive malos ; propterea et e contrario intelligendum, quod Ecclesiasticus vir, episcopus videlicet et presbyter, si juxta mandatum Levitici xiv, 45, de leprosa (al. *leprosi*) domo lapidem abstulerit, in cinerem et pulverem conterendum ; dolebit in eo ipso, quod de Ecclesia Christi lapidem auferre cogatur (al. *cogitur*), dicens secundum Apostolum : « Flere cum flentibus, lugere cum lugentibus; *Rom.* xii, 15; et : « Quis infirmatur, et ego non infirmor ? quis scandalizatur, et ego non uror. » II *Cor.* vi, 29. Ligna quoque scindens, periclitabitur in eis. Hæretici (al. *hæretica*) ligna infructuosa sunt, et saltus absque utilitate pomorum. Unde et in templo Dei prohibetur plantari nemus et vana foliorum, id est, verborum tantum sonantium spernuntur umbracula. Quamvis igitur sit prudens et doctus vir, qui gladio sermonis sui hæc ligna conscindat, periclitabitur in eis, nisi diligenter attenderit; maxime si ei hoc quod sequitur, acciderit : « Si retusum fuerit ferrum, et faciem ejus turbaverit, » id est, si disputatio ejus infirmior fuerit inventa, nec acumen habuerit, quo contraria quæque secet, sed principale cordis ejus hebetetur, in partem transibit adversam, et confirmabit eum fortitudo perversa. Hoc enim est, quod Septuaginta Interpretes transtulerunt : « Et

veille avec le plus grand soin sur lui-même; surtout au cas où, comme le dit le verset suivant, « sa hache viendrait à s'émousser et le trouble à saisir son esprit, » c'est-à-dire, où sa logique aurait un tranchant trop faible pour trancher tous les arguments des adversaires, et où l'énergie manquerait à son bras; il passe alors dans le camp des ennemis, il apporte un appoint à leur force perverse. C'est là ce que les Septante ont voulu dire par ces mots de leur version : « Et il sera fortifié; » c'est-à-dire qu'animé d'une sagesse superflue, il commencera d'avoir cette force que donne une sagesse inutile et qui ne sert de rien à qui la possède.

« Si le fer s'est émoussé, si l'âme a perdu sa vigueur active, si elle est troublée, ce sont les vertus qui lui rendront la fòrce, et celle-ci a pour fruit la sagesse » *Eccl.*, x, 18. Il nous arrive de reconnaître que nous avons perdu la science des Ecritures par notre négligence, que la vigueur de notre esprit a dépéri; et pourtant nous demeurons dans ce trouble pernicieux, dont nous avons vu les progrès. Voici, par exemple, un homme qui, après avoir acquis quelque science, s'enfle d'orgueil, et cesse d'apprendre et de lire: peu à peu ce qu'il savait lui échappe, parce qu'il n'y a rien ajouté, le vide se fait dans son intelligence, le tranchant du fer s'émousse ; car la négligence et l'oisiveté sont la rouille de la sagesse. Si quelqu'un est en ce triste état, qu'il ne désespère point cependant de la guérison ; mais qu'il revienne vers le maître, qui l'instruira de nouveau ; le travail, les soins, les veilles le rendront digne de recouvrer la sagesse qu'il avait perdue. C'est ce que le texte hébreu exprime avec plus d'énergie: «Et les forces le corroboreront,» c'est-à-dire, par le travail, par les sueurs, par les recherches, par la lecture quotidienne, il acquerra la sagesse, et sa force même aura ce résultat final, de le doter de la sagesse.

« Le serpent mord en silence, et celui qui a une langue ne lui est pas supérieur. » *Eccl.*, x, 9. Le sens est fort simple : le serpent et le détracteur sont au même niveau. Comme l'un infiltre son venin en mordant à la dérobée, ainsi l'autre, déchirant secrètement, déverse le fiel de son cœur sur son frère, et n'est en rien supérieur au serpent. Alors que la langue de l'homme est créée pour bénir et pour édifier le prochain, le détracteur l'assimile au dard de la vipère par l'abus pervers qu'il fait de ses qualités. Autrement : Le serpent infernal ayant mordu quelqu'un et l'ayant souillé du venin du péché à l'insu de tous, si cet homme se tait sur sa blessure, s'il ne fait pas pénitence, s'il ne veut pas laisser voir la plaie à son frère et à son maître, ceux-ci, qui ont une langue pour le guérir, ne pourront pas lui être facilement utiles. Quand le malade rougit de montrer sa blessure au médecin, la médecine ne guérit point un mal qu'elle ne voit pas.

« Les paroles de la bouche du sage répandent la grâce, et les lèvres de l'insensé le perdront. »

fortitudine confortabitur ; » et superflua roboratus sapientia incipiet, inquit, fortitudinem habere, et sapientiam, quæ superflua est, et non adjuvat possidentem.

« Si retusum fuerit ferrum ; et hoc non ut prius, sed conturbatum fuerit, virtutibus corroborabitur ; et reliquum fortitudinis sapientia est. » *Eccl.* x. 8. Si se, inquit, aliquis viderit per negligentiam amisisse scientiam Scripturarum, et acumen ingenii ejus fuerit obtusum; et conturbatus nequaquam manserit, qualis esse jam cœperat. Evenit quippe interdum, ut cum modicum scientiæ quis habuerit, elatus in superbiam, discere desistat et legere, et paulatim ex eo, quod nihil ei additur, subtrahatur, et vacuum disciplinis pectus remaneat, ferrumque, quod acutum fuerat, hebetetur ; otium enim et desidia quasi quædam rubigo sapientiæ est. Si igitur quis hoc passus fuerit, non desperet remedium sanitatis; sed vadat ad magistrum, et rursum instruatur ab eo, et post laborem et industriam, sudoremque nimium, valebit sapientiam recipere quam amiserat. Hoc est, quod in Hebræo significantius dicitur : « Et fortitudinibus corroborabitur, » id est, labore et sudore, et industria, et quotidiana lectione, sapientiam consequetur, et fortitudo ipsius habebit hunc finem, ut accipat sapientiam.

« Si momorderit serpens in silentio, non est amplius habenti linguam. » *Eccl.* x, 9. Simplex hic sensus est : Serpens et detractor æquales sunt. Quomodo enim ille occulte mordens venenum inserit ; sic iste clam detrahens, virus pectoris sui effundit in fratrem, et nihil habet a serpente amplius. Cum enim lingua hominis ad benedicendum, et ad ædificationem proximi sit creata, ille eam serpenti æqualem facit, dum virtutibus ejus in perversum abutitur. Aliter : Si quem serpens diabolus occulte momorderit, et nullo conscio, eum peccati veneno infecerit; si tacuerit qui percussus est, et non egerit pœnitentiam, nec vulnus suum fratri et magistro voluerit confiteri, magister et frater, qui linguam habent ad curandum, facile ei prodesse non poterunt. Si enim erubescat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat.

Eccl. x, 10. La sottise serait le moindre mal, si elle savait se contenter de sa rusticité. Mais voici qu'elle déclare la guerre à la sagesse et repousse avec jalousie la prudence du savant. Le sage en effet parle le langage de la science et de la grâce, qui peuvent être utiles à qui veut entendre, et les oreilles de l'insensé n'entendent pas ce qui a été dit comme il l'a été ; au contraire, il s'efforce de supplanter le sage, et de le peindre semblable à lui. Et vraiment l'homme sensé tombe de haut quand il s'adresse à l'oreille du sot, et ses paroles se perdent, pour ainsi dire, dans un gouffre profond. Heureux donc celui qui parle à qui l'entend.

« La sottise est au commencement du discours de l'insensé, et l'erreur funeste dans son dernier mot. Il multiplie les paroles en dépit du bon sens. Or l'homme ignore ce qui est et ce qui a été fait ; et ce qui doit arriver après lui, qui peut le lui annoncer. » *Eccl.*, x, 11, 12. L'Ecclésiaste nous entretient encore de l'insensé, dont les lèvres précipitent le sage, ou qui, suivant une autre interprétation, se ruine lui-même par ses discours, qui commencent par une sottise et finissent par une erreur, ou, d'après la traduction de Symmaque, qui sont « un tumulte de paroles incohérentes, » puisqu'il sort de la vérité et croit cependant pouvoir éviter le péché en multipliant les paroles. Il ne se souvient pas du passé, il ne connaît pas l'avenir, il roule de l'ignorance dans les ténèbres, parce qu'il se promet une fausse science ; il se croit savant, il se croit sage, quand il ne fait qu'entasser des mots. Ce passage peut aussi s'appliquer aux hérétiques, qui ne comprennent pas le langage des sages ; au contraire, ils se préparent à les repousser par la discussion, et dans leurs discours, du commencement à la fin, ils édifient une Babel de vaines paroles et d'erreurs ; ils ne savent rien et disent ce qu'ils ne savent pas.

« Le travail des insensés causera leur propre affliction, parce qu'ils ne savent par trouver le chemin de la cité. » *Eccl.* x, 13. Ce verset se rattache encore aux précédents : l'Ecclésiaste parle, ou généralement de tous les insensés qui ignorent Dieu, ou des hérétiques en particulier. Lisez Platon, méditez les subtilités d'Aristote, pâlissez sur les écrits de Zénon et de Carnéade, et vous aboutirez à vérifier cette parole : « Le travail des insensés causera leur propre affliction. » Assurément ces philosophes cherchèrent la vérité ; mais, sans chef et sans guide qu'ils étaient, ils se persuadèrent qu'on peut acquérir la sagesse avec le seul secours des sens, et ils ne sont point parvenus à la cité, dont il est dit dans le psaume : « Seigneur, dans votre cité vous effacerez jusqu'à leur image. » *Psalm.*, LXXII, 20. Oui, le Seigneur, dans sa cité, dissipera toutes les ombres et les masques divers et les travestissements dont ils se sont revêtus dans leurs systèmes. De cette cité il est écrit

« Verba oris sapientis gratia, et labia insipientis præcipitabunt eum. » *Eccl.* x, 10. Stultitia, si sua esset rusticitate contenta, minus aliquid haberet mali. Nunc autem contra sapientiam bellum gerit, et quidquid prudentiæ in docto viro viderit, zelo stimulata non recipit. Loquitur enim vir sapiens verba scientiæ et verba gratiæ, quæ utilitatem possunt præbere audientibus, et aures stulti non ita suspiciunt quæ dicuntur, ut dicta sunt ; sed e contrario virum prudentem supplantare conantur, et sui similem facere. Et revera præcipitatur vir sapiens, quando in aurem loquitur imprudentis, et verba ejus in profundo, ut ita dicam, gurgite pereunt. Unde beatus, qui in aurem loquitur audientis.

« Initium verborum ejus insipientia, et novissimum oris ejus error pessimus. Et stultus multiplicat verba. Ignorat homo quid sit, quod factum est, et quod futurum est post eum, quis annuntiabit ei ? » *Eccl.* x, 11, 12. Adhuc ei de stulto disputatio est, cujus labia præcipitant sapientem, sive, juxta aliam interpretationem, stultum ipsum corruere faciunt. Initium enim sermonis ejus et finis stultitia est et error pessimus ; sive ut Symmachus transtulit, « tumultus, et quædam verborum inconstantia » ; dum non manet in sententia, sed putat in multiplicatione sermonum effugere se posse peccatum. Cum enim nec præteritorum meminerit, nec futura cognoscat, et in ignorantia et tenebris volutetur, falsam sibi scientiam repromittens ; in eo doctum, in eo se putat esse sapientem, si verba multiplicet. Potest hoc et de hæreticis accipi, qui prudentium virorum dicta non capiunt ; sed se ad disputationes contrarias præparantes, et initium et finem loquendi vanitate, tumultu, errore convolvunt ; et cum nihil sciant, loquuntur plura quam norunt.

« Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt ire in civitatem. » *Eccl.* x, 13. Cum superioribus etiam hos junge versiculos : aut generaliter de omnibus stultis, qui ignorant Deum, aut specialiter de hæreticis disputat. Lege Platonem, Aristotelis revolve versutias, Zenonem et Carneadem diligentius intuere, et probabis verum esse quod dicitur : « Labor stultorum affliget eos. » Veritatem illi quidem omni studio quæsierunt ; sed quia non habuerunt ducem, et prævium itineris, et humanis sensibus rati sunt se comprehendere posse sapientiam, ad civitatem minime pervenerunt, de qua

ailleurs : « Un fleuve aux ondes vives répand la joie dans la cité de Dieu; » *Psalm.*, XLVI, 5 ; et dans l'Evangile : « La ville assise sur la montagne ne peut être cachée ; » *Matth.*, V, 14 ; et dans Isaïe : « Je suis la forteresse indestructible qu'on attaque de toutes parts. » *Isa.*, XXVII, 30, sec., LXX. C'est qu'en effet cette cité de la vérité et de la sagesse, bien qu'elle soit imprenable, indestructible, tous les sages du siècle et les hérétiques s'efforcent de la renverser. Car ce que nous avons dit des philosophes, il faut le penser aussi des hérétiques ; ils travaillent en vain, en vain pâlissent-ils sur les Ecritures ; ils s'enfoncent dans le désert, et jamais ils n'arriveront à la cité. Le Psalmiste nous rappelle leur erreur en ces mots : « Ils errent dans un désert aride, et ne trouveront pas le chemin de la cité et de la demeure de Dieu. » *Psalm.*, CVI, 4.

« Malheur à toi, terre dont le roi est un enfant, et dont les grands mangent dès le matin ! Heureuse la terre dont le roi est d'une race généreuse, et dont les grands mangent au temps qu'il faut, et mangent pour se nourrir, et non pour satisfaire la sensualité ! » *Eccl.* X, 14, 15. Il réprouve le gouvernement par les jeunes et condamne en même temps les juges dépravés, parce que la sagesse des premiers est chancelante à cause de l'âge, et que les seconds laissent énerver la leur dans les délices, malgré leur maturité. Au contraire il approuve un prince de bonne mœurs, élevé dans des sentiments généreux; il exalte les juges qui, loin de préférer le plaisir aux affaires publiques, attendent que la nécessité les oblige de ravir pour leurs repas quelques instants à leurs travaux et à l'administration de l'Etat. Pour moi, il me semble qu'un sens plus élevé se cache ici sous la lettre. L'Ecriture appelle jeunes ceux qui se séparent de l'autorité consacrée par le temps, qui méprisent l'enseignement et l'expérience de leurs pères, et qui, négligeant les commandements de Dieu, veulent affermir les traditions des hommes. C'est à propos de ces nouveautés que, par la bouche d'Isaïe, le Seigneur menace Israël, parce qu'Israël, ne voulant plus de l'eau de Siloé, qui coule en silence, se détourne de l'antique piscine, et court aux rivières de Samarie, aux gouffres de Damas. *Isa.* VIII. « Je leur donnerai, dit-il, des princes jeunes qui se joueront d'eux en les dominant. » *Isai*, III, 4. Lisez Daniel, et vous trouverez le Dieu des anciens jours. *Dan.*, VII. Lisez l'Apocalypse, et la tête du Sauveur vous apparaîtra blanche

in psalmo dicitur : « Domine, in civitate tua imaginem ipsorum dissipabis. » *Psal.* LXXII, 20. Omnes enim umbras et diversas imagines atque personas, quas sibi in variis dogmatibus induerunt, in urbe sua Dominus dissipabit. De qua alibi scribitur. « Fluminis impetus lætificat civitatem Dei ; » *Psal.* XLVI, 5; et in Evangelio : « Non postest civitas abscondi supra montem posita; » *Matth.* V, 14 ; et in Isaia : « Ego civitas firma, civitas quæ oppugnatur. » (*a*) *Isai.* XXVII, 30, *sec.* LXX. Siquidem hanc veritatis et sapientiæ civitatem, cum firma sit et robusta, omnes et sapientes sæculi et hæretici impugnare conantur. Et quod de philosophis diximus, hoc idem etiam de hæreticis sentiendum, quod frustra laborent et affligantur in studio Scripturarum, cum ambulant in deserto, et civitatem invenire non valeant De quorum errore et Psalmista commemorat, dicens : « Erraverunt in deserto et in inaquoso, viam civitatis et habitationis ejus non invenerunt. » *Psal.* CVI, 4.

« Væ tibi, terra, cujus rex adolescens, et principes tui mane comedunt ! Beata terra, cujus rex tuus filius ingenuorum, et principes tui in tempore comedunt, in fortitudine, et non in confusione ! » *Eccl.* X, 14, 15. Videtur quidem reprobare juvenum principatum, et luxuriosos judices condemnare, quod in altero per ætatem sit infirma sapientia, in aliis etiam matura ætas deliciis enervetur. Et e contrario principem probare bonis moribus, et liberaliter institutum, et eos judices prædicare, qui nequaquam voluptatem negotiis civium præferant; sed post multum laborem et administrationem reipublicæ, cibum capere quasi necessitate cogantur. Verum mihi sacratius quid latere videtur in littera quod juvenes dicantur in Scriptura, qui a veteri auctoritate desciscunt, et cana præcepta parentum contemnunt ; qui, neglecto Dei mandato, capiunt statuere traditiones hominum. De quibus et in Isaia, *Cap.* VIII, Israeli Dominus comminatur, eo quod noluerit aquam Siloe, quæ vadit cum silentio, et veterem piscinam averterit, eligens sibi fluenta Samariæ, et gurgites Damasci. « Et dabo » inquit, « juvenes principes eorum, et illusores dominabuntur eis. » *Isai.* III, 4. Lege Daniel, et vetustum dierum invenies Deum, *Dan.* VII. Lege Apocalypsim Joannis, et caput Salvatoris candidum ut nivem et quasi lanam albam reperies, *Apoc.* I. Jeremias quoque, quia sapiens erat, et cani

(*a*) Ita retinendum cum mss. libris, atque editis. Alibi tamen legit ipse Hieronymus « civitas quæ non oppugnatur. » Vide Epist. 30, ad Paulam, num. 14.

— « Civitas quæ oppugnatur. » In fine epistolæ 30 ad Paulam de Alphabeto Hebraico cum particula negativa, « quæ non oppugnatur ; quia contextus sermonis negationem exigit, sicut et in Epistola ad Algasiam Quæst. secunda. Nisi forte pro « oppugnatur, » ibi legendum sit, « non expugnatur. » MARTIAN.

comme la neige et comme la laine la plus immaculée. *Apoc.*, I. A Jérémie enfin, parce qu'il est sage et que les cheveux blancs étaient à ses yeux l'attribut de la sagesse, il est interdit de se croire un enfant. *Jerem.*, I, 6. Malheur donc à la terre sur laquelle règne le diable, qui, toujours avide de nouveautés, se révolte dans Absalon même contre l'autorité paternelle; à la terre dont les juges et les grands adorent les voluptés de ce monde, et disent jusqu'au moment de la mort: « Mangeons et buvons; car nous mourrons demain! » *Isa.*, XXII, 13. Au contraire, heureuse la terre de l'Eglise, dont le roi est Jésus-Christ, fils de race généreuse et libre! Il descend d'Abraham, d'Isaac, de Jacob, de la lignée des prophètes et de tous les saints, qui furent vraiment libres, puisqu'ils ne connurent point l'esclavage du péché. De cette souche est sortie la très-libre Vierge sainte Marie, n'ayant aucun rejeton, aucun germe latéral; mais tout son fruit s'est épanoui en une même fleur, ainsi qu'elle l'avait dit dans le Cantique des Cantiques: « Je suis la fleur du champ, le lis des vallées » *Cant.*, II, 1. Les grands de ce pays sont les Apôtres et tous les saints, qui ont pour roi le fils de noble race, le fils de la femme libre, lequel n'a rien de la servante Agar et que Sara engendra dans la liberté. Ces grands ne mangent point dès le matin, ni avec avidité. Ils ne cherchent pas la volupté de ce monde, et mangeront au temps qu'il faut, quand aura sonné l'heure de la rétribution; ils se nourriront alors du pain de la force, et non des mets de la confusion. Tout bien de ce monde engendre la confusion, tout bien de l'autre, une force éternelle. Il y a quelque chose en ce sens dans Isaïe: « Mes serviteurs mangeront, tandis que vous aurez faim; » et plus loin: « Mes serviteurs seront dans la joie, et vous serez confondus. » *Isa.*, LXV, 13, 14.

« La paresse amène la chute de la toiture, et l'oisiveté des mains fait écrouler la maison. » *Eccl.*, X, 16. Et l'édifice de notre condition humaine, et la demeure que nous avons dans le ciel s'écrouleront, si nous sommes paresseux et trop lents pour les bonnes œuvres. La toiture, qui doit élever son faîte dans les airs, tombera sur le sol, écrasant son locataire sous les ruines. Dès que le secours des mains et des vertus nous manque, toutes les tempêtes, tous les ouragans fondent sur nous par surcroît. Or, ce que nous venons d'appliquer à un seul homme, peut s'entendre mieux encore de l'Eglise entière: c'est par la négligence de ses chefs que s'écroulerait ce haut édifice, parce qu'il n'y aurait que des vices pour toiture, là où l'on aurait cru qu'il y avait des vertus pour couronnement.

« On pétrit son pain et l'on fait son vin dans le rire, afin d'épuiser la bonne chère ici-bas. Tout est sous le joug de l'argent. » *Eccl.*, X, 17, 18. J'estime que ce verset est la conséquence de

ejus in sapientia reputabantur, prohibetur juvenem esse se dicere, *Jerem.* I, 6. Væ ergo terræ cujus rex est diabolus, qui semper novarum rerum cupidus etiam in Abessalon adversus parentem rebellat; quæ judices et principes eos habet, qui amant hujus sæculi voluptates, qui antequam dies mortis adveniat, dicunt: « Manducemus et bibamus; cras enim moriemur. » *Isai.* XXII, 13. E contra beata terra Ecclesiæ, cujus rex est Christus filius ingenuorum: de Abraham, Isaac et Jacob, prophetarum quoque et sanctorum omnium stirpe descendens, quibus peccatum non fuit dominatum, et ob id vere fuerunt liberi. Ex quibus nata est Virgo liberior sancta Maria, nullum habens fruticem, nullum germen ex latere; sed totus fructus ejus erupit in florem, loquentem in Cantico Canticorum: « Ego flos campi, et lilium convallium. » *Cant.* II, 1. Principes quoque ejus sunt Apostoli et omnes sancti, qui regem habent filium liberæ, filium ingenuorum non de ancilla Agar, sed de Saræ libertate generatum. Nec comedunt mane, nec velociter. Non enim in præsenti sæculo quærunt voluptatem, sed tempore suo manducabunt, cum retributionis tempus advenerit, et manducabunt in fortitudine et non in confusione. Omne bonum præsentis sæculi confusio est, futuri perpetua fortitudo. Tale quid et in Isaia dicitur: « Ecce qui serviunt mihi, manducabunt; vos autem esurietis; » et iterum: « Ecce qui serviunt mihi, lætabuntur, vos autem pudebit. » *Isai.* LXV, 13, 14.

« Celles qui moulaient s'arrêteront, parce qu'elles auront été diminuées ; et celles qui voient dans les puits s'obscurciront. » *Eccl.*, XII, 6. A la consommation des temps, lorsque se sera refroidie la charité d'un grand nombre, et qu'auront été diminuées les âmes des maîtres capables de distribuer la céleste nourriture aux fidèles, quand ces âmes auront été transportées aux cieux ; alors les ténèbres envelopperont ceux de ce monde qui voyaient en partie la lumière de la science. En effet, puisqu'il est dit à Moïse : « Je te placerai à l'ouverture de la pierre, et tu pourras ainsi me voir par derrière, » *Exod.* XXIII, 22, à plus forte raison une âme ordinaire voit-elle la vérité comme par l'orifice d'un puits, à travers certaines ténèbres! Autre sens : « Deux femmes moudront, dont l'une sera reçue et l'autre sera laissée, » *Matth.* XXIV, 41, l'Evangile ne s'en cache pas. Lorsqu'elles auront été diminuées, quand elles auront cessé, toute clarté de la science sera nécessairement enlevée aux yeux. Autre sens : Dans celles qui cesseront de moudre parce qu'elles auront été diminuées, certains voient les dents. Quand vient l'extrême vieillesse, disent-ils, les dents, par lesquelles les aliments sont moulus avant d'être transmis à l'estomac, ou sont émoussées, ou tombent. Et ces paroles : « Celles qui voyaient dans les orifices s'obscurciront, » ils les rapportent aux yeux, parce que, dans l'âge avancé, leur vertu s'affaiblit et leur regard se voile.

« On fermera les portes sur la place quand la voix de celle qui moud n'aura plus de force; et l'homme se lèvera à la voix de l'oiseau; et les jeunes filles qui chantaient se tairont. » *Eccl.*, XII, 7. Quand se sera affaiblie la voix de

« In die quo moti fuerint custodes domus, et perierint viri fortitudinis. » Custodes domus aut sol intelligitur et luna, et reliquus astrorum chorus, aut Angeli qui huic mundo præsident. Viri vero fortitudinis, sive « fortes, » ut interpretatus est Symmachus, qui peribunt, sive ut Aquila (al. *qui*) transtulit « errabunt, » dæmones sentiuntur, a forti diabolo etiam ipsi fortium sortiti vocabulum. Quem superans Dominus, et ligans, juxta Evangelii parabolam (al. *sententiam*) vastat domum ejus. *Luc.* XI. Aliter : Custodes domus, qui ad corpus hominis referunt cuncta quæ scripta sunt, costas significari putant, quod ab ipsis intestina valleutur, et tota ventris mollitudo servetur. Viros vero fortes, crura æstimant ; solem, et lunam, et stellas, ad oculos, aures, et totius capitis sensus coaptant. Hoc autem ideo, quia inferius necessitate coguntur, non de angelis et dæmonibus, sole, et luna, et stellis, sed de hominis membris intelligere quæ sequuntur.

« Et cessabunt molentes, quoniam imminutæ sunt et contenebrescent quæ vident in foraminibus.» *Eccl.* XII, 6. In consummatione mundi, cum refriguerit multorum charitas, et imminutæ fuerint animæ magistrorum, quæ possunt cœlestem cibum præbere credentibus, translatæque in cœlestia ; tunc incipient hi qui ex parte in hoc mundo intuebantur lumen scientiæ, involvi tenebris. Si enim Moysi dicitur : « Ponam te in foramine petræ, et sic posteriora mea videbis ; » *Exod.* XXXIII, 22 ; quanto magis unaquæque anima per foramen et quasdam tenebrosas cavernas aspicit veritatem ! Aliter : Duæ molentes sunt, ex quibus unam recipi, et alteram relinqui, Evangelium non tacet, *Matth.* XXIV, 41. Quæ cum imminutæ fuerint, atque cessaverint, necesse est ut omne lumen scientiæ auferatur ex oculis. Aliter : Cessare molentes, quia imminutæ sint de dentibus dictum putant. Quod cum extrema senectus advenerit, dentes quoque aut atteruntur, aut decidunt, quibus permoliti cibi in alvum transmittuntur. Tenebrescere autem videntes in foraminibus, oculos arbitrantur, quod ætate confectis caliget acies, et intuitus obscuretur.

« Et claudent ostia in platea in humilitate vocis mo-

celle qui moud, quand l'enseignement des maîtres aura cessé, toute chose cessera par conséquent; c'est ainsi que les portes seront fermées sur la place, afin que, selon que nous l'apprennent les vierges folles de l'Evangile, chacun ayant clos l'entrée de sa demeure, elles ne puissent pas acheter de l'huile. *Matth.*, xxv. Ou certainement, pendant que les vierges folles erreront sur la place, celles qui seront entrées avec l'époux leur fermeront la porte de la chambre nuptiale. Puisqu'étroite et difficile est la voie qui conduit à la vie, tandis qu'est large et spacieuse celle qui mène à la mort, *Matth.*, vii, c'est à bon droit que la porte des doctrines est fermée sur les places, lorsque s'est refroidie la charité d'un grand nombre. Le verset suivant, où il est dit : « Et l'homme se lèvera à la voix de l'oiseau, » ou « du passereau, » nous l'appliquerons bien au pécheur que nous verrons se lever par la pénitence à la voix de l'evêque ou du prêtre. Cela peut aussi extraordinairement, et quoique nous ne suivions pas le contexte du passage, s'entendre de la résurrection dernière, quand les morts se lèveront à la voix de l'archange. Et qu'on ne s'étonne point si nous rapprochons la trompette de l'ange du cri du passereau, puisque toute voix est faible comparée à celle de Jésus-Christ. En outre, autant qu'il peut m'en souvenir, je n'ai lu en nul endroit que le mot passereau fût pris en mauvaise part. Le juste dit dans le psaume dix : « J'ai confiance dans le Seigneur; pourquoi donc dites-vous à mon âme: Emigre sur la montagne comme le passereau? » et ailleurs nous lisons: « J'ai veillé, je suis devenu semblable au passereau solitaire sur le toit; » *Psalm.*, ci, 8 ; et encore : « Le passereau trouve une demeure. » *Psalm.*, lxxxiii, 4. Autre sens: On veut que les portes fermées sur les places signifient les pas débiles du vieillard, qui s'assied sans cesse, qui ne peut presque pas marcher. La faiblesse de la voix de celle qui moud, ils l'appliquent à ses mandibules, en ce sens qu'il ne peut triturer les aliments, et qu'on entend à peine sa voix, tant son souffle est épuisé. Les mots « il se lève à la voix de l'oiseau » montrent que, le sang et les humeurs qui entretiennent le sommeil s'étant refroidis, desséchés, il s'éveille au moindre bruit, et si, au milieu de la nuit se fait entendre le chant du coq, il quitte sa couche en sursaut, incapable qu'il est le plus souvent de retourner ses membres sur son lit. Que les jeunes chanteuses se taisent, ou, comme le dit bien mieux le texte hébreu, *deviennent sourdes*, cela s'entend des oreilles, parce que l'ouïe des vieillards devient plus dure, incapable de saisir la différence des sons, inaccessible aux charmes de l'harmonie. C'est ce que

lentis; et consurget ad vocem volucris; et obmutescent omnes filiæ carminis. » *Eccl.* xii, 7. Cum vox molentis fuerit infirmata, et magistrorum doctrina cessaverit, consequenter cessabunt omnia; inter quæ, et ostia claudentur in platea, ut, juxta fatuas Evangelii virgines, *Matth.* xxv, unusquisque habeat clausas suæ plateæ januas, et illæ oleum emere non possint. Vel certe, fatuis virginibus circumeuntibus in platea, claudent cubiculum sponsi quæ cum eo intraverint. Si enim arcta et angusta via est quæ ducit ad vitam, et lata et spatiosa, quæ ducit ad mortem; *Matth.* vii; recte, refrigerata charitate multorum, ostium doctrinarum clauditur in plateis. Sequenti autem versiculo, in eo quod ait: « Et consurget ad vocem volucris, » sive « passeris, » utemur (Al. *utimur*) in tempore, si quando viderimus peccatorem ad vocem episcopi, sive presbyteri per pœnitentiam consurgentem. Potest quoque hoc extraordinarie, tametsi contextum capituli non sequamur, et de ultima resurrectione accipi, quando ad vocem archangeli resurgent mortui. Nec mirandum, si angeli tubam passeri comparemus, cum omnis vox ad Christum comparata, sit tenuis. Et quantum ego possum animo recordari, nunquam passerem in malam partem legisse me novi. Loquitur in decimo psalmo justus : « In Domino confido; dicitis animæ meæ: Transmigra in montem sicut passer; » et alibi; « Vigilavi, et factus sum sicut passer solitarius in tecto; » *Psal.* ci, 8; necnon et in alio loco: « Etenim passer invenit sibi domum. » *Psal.* lxxviii, 4. Aliter : Clausas in plateis januas, infirmos seni gressus accipi volunt, quod semper sedeat, et ambulare non possit. Humilitatem autem vocis molentis, de mandibulis interpretantur, quod cibum terere nequeat, et vix spiritu coarctato, vox ejus tenuis audiatur. Porro consurgere eum ad vocem volucris ostendit, quod frigescente jam sanguine, et humore siccato, quibus materiis sopor alitur, ad levem sonitum evigilet, noctisque medio, cum gallus cecinerit, festinus exsurgat, nequaquam valens strato sæpius membra convertere. Obmutescere quoque, sive ut melius habet in Hebræo, « surdescere filias carminis, » aures significat, quod gravior senum auditus fit, et nulla inter voces valeant scire discrimina, nec carminibus delectari. Quod quidem et Berzellai loquitur ad David, nolens transire Jordanem.

« Sed et ab excelsis timebunt et formidabunt in via. »

dit David à Berzellaï, qui ne voulait point passer le Jourdain.

« Mais ils s'éloigneront avec la crainte des lieux élevés et ils trembleront dans la voie. » *Eccl.*, XII, 8. C'est-à-dire, ils seront incapables de gravir les sentiers escarpés, et tremblants même dans la plaine, ils redouteront sous leurs pas le moindre heurt pour leurs débiles genoux et leurs pieds chancelants. »

« L'amandier fleurira, la sauterelle s'engraissera, et le câprier sera desséché, parce que l'homme ira dans sa demeure éternelle; et les survivants en pleurs entoureront son cercueil sur la place. » *Eccl.*, XII, 9. Ici encore l'Ecclésiaste parle par métaphore des membres de l'homme : quand arrivera la vieillesse, les cheveux blanchiront, les pieds s'enfleront, la passion se refroidira, enfin l'homme sera dissous par la mort; alors il retournera à la terre, dans le sépulcre, sa demeure éternelle, accompagné, après le cérémonial ordinaire de la levée du corps, par le cortége d'une foule en deuil. Dans la fleur de l'amandier, que nous avons interprétée par les cheveux blancs, certains voient l'os sacrum, parce que, lorsque les chairs au bas du dos se sont amaigries, l'épine dorsale déborde et fleurit, pour ainsi dire. Sur les mots : « La sauterelle s'engraissera, » il faut savoir que, si nos manuscrits portent *sauterelle*, le texte des Hébreux dit AAGAB חגב, terme qui a chez eux un sens vague, puisqu'on peut le traduire également et par talon et par sauterelle. De même, à la première page de Jérémie, le mot SOCED שקן, par un simple changement d'accent, signifie noix et veille. Il lui est dit : « Que vois-tu, Jérémie ? » Il répond : « Je vois une branche de noyer. » Et le Seigneur lui dit : « Tu as bien vu, car je veillerai sur ma parole, afin de faire une chose » *Jerem.*, I, 11 ou une autre ; et il y a ici également l'étymologie de noix, parce que Dieu, en même temps qu'il veillera, traitera son peuple suivant qu'il le mérite, ce qui est l'occasion des paroles qu'il lui adresse. C'est ainsi qu'en cet endroit la double étymologie du mot indique la tumeur des jambes des vieillards et l'enflure de la goutte. Non point

Eccl. XII, 8. Id est, ardua ingredi non valebunt, et lassis poplitibus, ac trementi vestigio, etiam in plano itinere fluctuantes, offensam gressuum formidabunt.

« Et florebit amygdalum, et impinguabitur locusta, et dissipabitur capparis, quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ; et circumibunt in platea plangentes.» *Eccl.* XII, 9. Per metaphoram etiam nunc de membris hominis Ecclesiastæ sermo est : quod cum senectus advenerit, capillus incanuerit, tumuerint pedes, libido refrixerit, et homo morte fuerit dissolutus ; tunc revertetur in terram suam et in domum æternitatis suæ, (*a*) sepulcrum, exsequiisque rite celebratis, plangentium funus turba præcedet. Florem autem amygdali, quem nos pro canis posuimus, quidam sacram spinam interpretantur, quod decrescentibus natium carnibus, spina succrescat et floreat. Porro quod ait : « Impinguabitur locusta, » sciendum ubi in nostris codicibus legitur, « locusta, » in Hebræo scriptum esse, AAGAB חגש, quod verbum apud eos ambiguum est. Potest enim et «talus et locusta» transferri. (*b*) Quomodo igitur in Jeremiæ principio, verbum SOCED (*c*) שקד, si varietur accentus, et « nucem » significat et « vigilias ; » et dicitur ad eum : « Quid tu vides, Jeremia? » Et respondit : « Baculum nuceum. » Et ait Dominus ad eum : « Bene vidisti ; quia vigilabo ego super verbum meum, ut faciam illud ; » *Jerem.* I, 11, vel illud ; et habet etymologiam « nucis, » quod vigilaturus sit Deus, et retributurus populo meretur (Al. *debetur*,) idque sermonis occasio est. Ita et nunc ambiguitas verbi per etymologiam ejus, indicat senum crura tumentia, et podagræ humoribus prægravata. Non quod omnibus senibus hoc fiat, sed quod plerumque accidat, συνεκδοχι-

(*a*) « Et in domum æternitatis. » Alius est sensus apud Erasmum ac Marianum, qui mutant hoc modo contextum Hieronymi : « et in domum æternitates suæ ; sepulcrum exsequiis quærat celebratis, plangentiumque funus turba præcedat. » Hoc ideo quia non intelligunt Scripturarum phrasim qua sepulcrum dicitur domus æternitatis, secundum illud psalmi XLVIII, 12 : « Sepulcra eorum domus illorum in æternum. » MARTIAN.

(*b*) Erasmus pro *et talus*, Græce ἀττάγαβος legerat, qua quod fecerit de causa, nescire se profitetur Martianæus. Explicuerat tamen ante, Victorius, qui primus locum hunc restituit, et cujus satis eruditiam observationem totidem verbis hic apponere, Lectori plurimum intersit. Fœdo inquit, errore lapsi sunt, qui hic *Attalabos* pro *et talus* substituerunt ; alioqui nulla esset in verbo ambiguitas, si idem significarot. Quid enim aliud est Attalabos, seu Attelabus, nisi locusta, aut si quid amplius, bruchus, locustæ genus, ita diserte Theodoro apud Aristotelem interpretante ; seu ut ipse Hieronymus Nahum tertio exponit, parva locusta, inter locustam et bruchum, pennis modicis reptans potius quam volans, semperque subsiliens. At Hieronymus intelligit eo nomine et locustam et talum simul significari, et ne subterfugii locus esset, ipsemet se statim interpretatur, dum impinguari locustam sub eadem voce, idem prorsus esse, quod talos ae crura senum tumefieri his verbis prodit. Ita et nunc ambiguitas verbi per etymologiam ejus, indicat senum crura tumentia, et podagræ tumoribus, sive humoribus, prægravata. (*Edit. Mign.*)

(*c*) Æque bone Palatin., *Seeed.* Audito ipsum Hieronymum in Commentariis in hunc Jeremiæ locum : *Seced* nux *dicitur ;* vigilia *autem, vel* vigil *sive* vigilare *appellatur* Soced. « Unde et in posterioribus partus vigilans hoc nomine ponitur. Ab eo igitur, quod dicitur, » nux « propter verbi similitudinem ad » vigilis « intelligentiam nomen allusit. » Jam vero S. quoque Chrysostomus, ἡ γάρ ἐγρήγορσις, inquit, καὶ τὸ ἀμύγδαλον διὰ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ προφέρεται ῥημάτων. « Vigilantia enim et amygdalum iisdem in Hebræo verbis appellatur. » De accentus varietate ad ש litteram supra in Hebraic. Quæst. non semel diximus.

que les vieillards soient toujours enflés et podagres; mais comme il en est le plus souvent ainsi, par synecdoche on désigne la partie par le nom du tout. Là où nous avons *câprier*, il y a en hébreu Abiona שבוובה ; ce mot lui aussi est ambigu, et se traduit par amour, désir, concupiscence, ou par câprier. Il signifie, nous l'avons dit, que la passion des vieillards se refroidit et que les organes générateurs sont sans force. Ces mots ont donc un double sens : d'après l'étymologie, ils se traduisent par amandier, sauterelle et câprier, et par dérivation, au sens figuré, ils s'appliquent à la décrépitude corporelle des vieillards. Il faut remarquer aussi que, là où les Septante ont écrit amandier, l'hébreu porte soced, comme au commencement de Jérémie; mais dans Jérémie ce mot a été traduit par noix, au lieu qu'ici il est rendu par amandier. Symmaque, par je ne sais quelle liaison d'idées, interprète tout autrement ce passage. Il dit : « Ils verront ces choses d'en-haut, et la terreur sera dans la voie, et celui qui veille s'endormira, et la force de l'esprit sera dissipée. L'homme en effet ira dans sa demeure éternelle, et ceux qui le pleurent entoureront son cercueil sur la place. » Le Laodicéen, qui a suivi cette interprétation, ne saurait recevoir bon accueil ni des Juifs ni des chrétiens, puisqu'il s'éloigne du texte hébreu et qu'il dédaigne de marcher sur les traces des Septante.

« Avant que le lien d'argent soit rompu, que la bandelette d'or revienne en arrière, que la cruche soit mise en morceaux au bord de la fontaine, et la roue brisée au-dessus du puits; avant que la poussière rentre dans la terre d'où elle a été tirée, et que l'esprit retourne à Dieu qui l'a donné. Vanité des vanités, dit l'Ecclésiaste, et tout n'est que vanité. » *Eccl.*, xii, 10-12. Il revient à son plan primitif, après cette magnifique hyperbate, qu'il a fait intervenir depuis cet endroit, où il dit : « Souvenez-vous de votre Créateur au temps de votre jeune âge, avant que les jours de tristesse arrivent, avant que s'obscurcissent le soleil et la lune, » etc., « au jour où les gardiens de la maison seront ébranlés; » maintenant il conclut son précepte par une fin conforme au début, et dit : « Avant que le lien d'argent soit rompu, » et que tel ou tel autre événement

κῶς a parte, id quod totum est, appelletur. In eo vero ubi nos habemus, « capparim, » in Hebræo habet abiona אביונה; quod et ipsum ambiguum est, interpretaturque « amor, desiderium, concupiscentia, » vel « capparis. » Et significatur, ut supra diximus, quod senum libido refrigescat, et organa coitus dissipentur. Hoc autem ideo, quia hæc verba, ambigua, cum in vocabulis suis, et, « amygdalum, » et « locustam, » et « capparim » sonent, aliud derivata significant, et per figuram ad sensus qui seni conveniunt, derivantur. Sciendum quoque, quod ubi nunc Septuaginta Interpretes posuerunt amygdalum, ipsum verbum sit soced שקד, quod in Jeremiæ principio est; sed ibi in « nucem » versum est, hic in « amygdalum. » Symmachus, nescio quid in hoc loco sentiens, multo aliter interpretatus est. Ait enim : « Super hæc etiam de excelso videbunt, et terror (*a*) erit in via, et obdormiet vigilans, et dissolvetur spiritus fortitudo. Ibit enim homo in domum æternitatis suæ, et circumibunt in platea plangentes. » Cujus interpretationem Laodicenus secutus, nec Judæis placere potest, nec Christianis; dum et ab Hebræis procul est, et sequi Septuaginta Interpretes dedignatur.

« Antequam rumpatur funiculus argenti, et recurrat vitta aurea, et conteratur hydria super fontem, et confringatur rota super lacum; et revertatur pulvis in terram suam sicut erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, universa vanitas. » *Eccl.* xii, 10-12. Revertitur ad superiora, et post grande hyperbaton, quod ab eo loco interjecerat, in quo ait : « Et memento Creatoris tui, in diebus juventutis tuæ antequam tenebrescant sol et luna, » et cætera, « in die qua movebuntur custodes domus, » nunc cœptam sententiam simili fine, concludit, dicens : « Antequam rumpatur funiculus argenti, » et illud vel illud fiat. Funiculus autem argenti, candidam hanc vitam, et spiramen quod nobis de cœlo

(*a*) Rescribit Martian. *et error*, e mss. codicibus, quibus et nostri, ne quid dissimulemus, assentiuntur. Verum nihil in iisdem est magis obvium quam duarum earumdem litterarum occursu alteram prætermitti, quod certe factum hoc loco non dubito. Nec moror, quod ille urget, lectionem impressam *et terror*, conformem esse Hebraico textui, a quo procul abfuisse Symmachum in hujus interpretatione sententiæ, testatur Hieronymus. Satis enim in reliquis ab eo textu divagatur, nec hanc quoque vocem, quæ in Latino tam facile depravari potuit, ex Hebraico autem nullo unquam pacto extundi, ab illo positam arbitremur. Verterit igitur καὶ τρόμος ἐν τῇ ὁδῷ, « et terror in via. » Aquila, ἐν τρόμῳ τρομήσουσιν ἐν τῇ ὁδῷ, « tremore trepidabunt in via. » Mox pro « obdormiet vigilans, » Palatin. ms. cum pridem vulgatis plurimum numero habet, « obdormient vigilantes. « Observandum est denique, duo tantum in Græco Symmachi superesse verba, καὶ διαλυθῇ ἡ ἐπίπονος, id est, « et dissolvatur laboriosa, » quæ Hieronymianæ interpretationi, « et dissolvetur spiritus fortitudo, » non videntur commode respondere.

— « Et terror erit in via. » In antea editis libris pro verbo, « error, » scriptum legimus « et terror erit. » Quæ lectio conformis est contextui Hebraico, « et formidabunt in via. » At cum asserat S. Hieronymus Symmachum multo aliter hunc locum Græce reposuisse, quam habeat in Hebræo, aut in LXX Interpretibus, manifestum videtur genuinam Hieronymi lectionem ipsam esse quam restituimus ad fidem omnium mss. codicum.

Martian.

arrive. Le lien d'argent figure le souffle innocent de la vie que nous accorde le ciel. Pareillement le retour de la bandelette d'or a trait à l'âme, qui remonte aux lieux d'où elle est descendue. Quant aux deux choses qui suivent, la ruine de la cruche au bord de la fontaine et le bris de la roue au-dessus du puits, ce sont deux emblèmes métaphoriques de la mort. Comme la cruche et la roue qui servaient à tirer les eaux du lac et des puits, cessent de puiser, quand on les a brisées, ou comme la roue, d'après l'interprétation des Septante, n'élève plus d'eau quand la corde est roulée autour d'elle ; ainsi, lorsque le fil d'argent a été rompu et que le ruisseau de l'âme est retourné à sa source, l'homme est mort, et, suivant les expressions manifestes qui suivent : « La poussière revient à la terre d'où elle a été tirée, et l'esprit retourne au Seigneur qui l'a donné. » D'où l'on voit combien sont ridicules les philosophes qui prétendent que les âmes sont formées avec le corps, et ne sont point l'œuvre de Dieu, mais de ceux qui engendrent les corps. Puisque la chair revient à la terre et l'esprit retourne à Dieu qui l'a donné, il est manifeste que les âmes sont l'œuvre de Dieu, et ne sont pas celle des hommes. Après avoir décrit la mort humaine, l'auteur sacré rappelle avec à propos le début de son livre : « Vanité des vanités, a dit l'Ecclésiaste, et tout n'est que vanité. » Dès lors que tout le travail des mortels, travail qui a fait l'objet de ce livre, aboutit à ceci : « La poussière revient à la terre d'où elle a été tirée et l'âme retourne à Celui qui l'a donnée, » c'est une grande vanité de travailler ici-bas et de ne conquérir aucun bien profitable.

« Au reste, c'est parce que l'Ecclésiaste était devenu sage, qu'il enseigna la science au peuple, dont il sut se faire entendre, et qu'il composa des proverbes, fruits de ses recherches. L'Ecclésiaste a beaucoup cherché, pour trouver les paroles de la volonté divine, et pour écrire les seules paroles de la vérité. » *Eccl.*, XII, 13, 14. Cette sagesse, dans laquelle Salomon fut supérieur au reste des hommes, ici encore il la proclame à la fin de son petit livre. Il avoue que l'établissement de l'ancienne Loi ne l'avait pas satisfait, qu'il a volontairement essayé de sonder les questions les plus profondes, et que, pour l'instruction du peuple, il a composé des proverbes et des paraboles, cachant en leurs entrailles un sens différent de celui qu'ils laissent voir à la surface. Et vraiment l'Evangile même nous enseigne que les proverbes disent autre chose que ce qu'annonce la lettre, *Matth.*, XIII, XV, puisque le Seigneur parlait au peuple en paraboles et en proverbes, qu'il expliquait ensuite secrètement aux Apôtres. Il suit évidemment de là que, dans le livre des Proverbes,

tribuitur, ostendit. Recursus quoque vittæ aureæ animam significat, quæ illuc recurrit unde descenderat. Porro duo reliqua quæ sequuntur, contritio hydriæ super fontem, et confractio rotæ super lacum, per metaphoram, mortis ænigmata sunt. Quomodo enim hydria quæ conteritur, cessat haurire, et rota, per quam de lacu et puteis levantur aquæ, si confracta fuerit, vel, ut Septuaginta (Al. *alii*) Interpretes voluerunt, in suo funiculo convoluta, aquæ usus intercipitur ; ita et cum funiculus argenti fuerit interruptus, et animæ rivus recurrit ad fontem, interibit homo, et, ut manifestius sequitur : « Revertetur (Al. *convertetur*) pulvis in terram suam, unde sumptus est, et spiritus revertetur ad Dominum, qui dedit illum. » Ex quo satis ridendi, qui putant animas cum corporibus seri, et non a Deo, sed a corporum parentibus generari. Cum enim caro revertatur in terram, et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum, manifestum est, Deum parentem (Al. *patrem*) animarum esse, non homines. Post descriptionem interitus humani pulchre exordium libri sui repetens, ait : « Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, omnia vanitas. » Cum enim cunctus mortalium labor, de quo in toto volumine disputatum est, huc perveniat, ut revertatur pulvis in terram suam, et anima illuc redeat, unde sumpta est, magnæ vanitatis est in hoc sæculo laborare et nihil profutura conquirere.

« Et amplius, quia factus est Ecclesiastes sapiens, adhuc docuit scientiam populum, et audire eos fecit, et scrutans composuit proverbia. Multum quæsivit Ecclesiastes, ut inveniret verba voluntatis, et scriberet recte verba veritatis. » *Eccl.* XII, 13, 14. Sapientiam qua prævertit Salomon omne hominum genus, nunc quoque in fine opusculi sui profitetur, quod non fuerit veteris Legis institutione contentus ; sed in profundas se ultro (Al. *ultra*) demerserit quæstiones, et ad docendum populum, proverbia, et parabolas composuerit, aliud habentes in medulla, aliud in superficie pollicentes. Proverbia quippe non hoc sonare quod scriptum est, etiam in Evangeliis edocemur ; *Matth.* XIII *et* XV ; quod Dominus populo in parabolis et proverbiis sit locutus, secreto autem Apostolis dissolverit ea. Ex quo manifestum est, et Proverbiorum librum, non, ut simplices arbitrantur, patentia habere præcepta ; sed quasi in

il ne faut pas, comme le pensent des esprits simples, s'arrêter au sens apparent des phrases; comme on cherche l'or dans la terre, la noix dans la coque, le fruit de la châtaigne dans son épineuse enveloppe, ainsi faut-il profondément fouiller ces phrases pour en découvrir le sens divin. En outre, l'auteur ajoute qu'il a voulu connaître les causes et la nature des choses, l'ordre et la Providence de Dieu; il a voulu savoir le pourquoi et le comment de toute chose, en sorte que cette vue dont David a l'espérance de jouir quand il sera retourné aux cieux, après la dissolution de l'âme et du corps: « Je verrai les cieux et les œuvres de vos mains, » *Psalm.*, VIII, 4, Salomon s'est efforcé de la trouver ici-bas, afin que l'âme humaine, quoique prisonnière dans le corps, pût comprendre la vérité connue de Dieu seul.

« Les paroles des sages, semblables à des aiguillons, à des clous enfoncés profondément, ont été données à l'assemblée des saints par un seul pasteur. » *Eccl.* XII, 15. Il ne veut point paraître s'élever soudain en téméraire précepteur après la loi de Dieu, et revendiquer comme sienne la doctrine que Moïse avait répandue, non pas de son propre mouvement, mais poussé d'abord par la colère, ensuite par l'inspiration de Dieu. Il le déclare donc: ses paroles sont les paroles des sages, qui, semblables à des aiguillons, doivent corriger les coupables et presser en les stimulant les mortels paresseux en leur marche. Ces paroles sont fermes comme des clous profondément et solidement enfoncés; elles ne s'appuient pas sur l'autorité d'un seul, mais sur le consentement unanime de tous les maîtres. Et pour qu'en cela ne fût point méprisée la sagesse humaine, il prévient que celle-ci a été donnée par un seul pasteur, c'est-à-dire que, quand bien même plusieurs l'enseignent, cette doctrine a pour auteur le Seigneur seul. Il dirige ce raisonnement contre ceux qui prétendent qu'il y a un Dieu de l'ancienne loi, un autre de l'Evangile, quand c'est le même Dieu qui a établi l'assemblée des sages. Les sages, ce sont aussi bien les Prophètes que les Apôtres. Remarquons-le également, il dit que les paroles des sages aiguillonnent, et non pas qu'elles touchent; il ne s'agit pas d'une main caressante qui flatte les penchants efféminés; on perce les coupables et les négligents des pointes cuisantes de la pénitence, comme nous l'avons déjà dit. Le langage qui, au lieu de piquer, est agréable aux auditeurs, n'est pas celui d'un sage, puisque les paroles des sages sont semblables à des aiguillons. Parce qu'elles provoquent le délinquant à la conversion, elles sont fermes, approuvées par l'assemblée des sages, inspirées par un seul pasteur, établies sur une inébranlable racine. C'est, à mon avis, percé de cet aiguillon sur la route de l'erreur que Saul, qui n'était pas encore Paul, entendit ces

terra aurum, in nuce nucleus, in hirsutis castanearum operculis absconditus fructus inquiritur, ita in eis divinum sensum altius perscrutandum. Super hæc addidit causas naturasque rerum se voluisse cognoscere, et Dei dispositionem et prudentiam; quare unumquodque, vel quomodo factum sit, scire voluisse, ut quod David post dissolutionem corporis et animæ, ad cœlos recursum se sperat esse visurum, dicens: «Videbo cœlos (Al. *cœlos tuos*,) opera digitorum tuorum,» *Psal.* VIII, 4, hoc nunc in præsenti Salomon nisus fuerit invenire, ut veritatem soli Deo cognitam, corporis vallata septo mens humana comprehenderet.

«Verba sapientum, ut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, habentibus cœtus data sunt a pastore uno.» *Eccl.* XII, 15. Ne videretur post legem Dei temerarius subito præceptor erumpere, et sibi vindicare doctrinam, quam Moyses non tam sua sponte, quam Deo irascente primum, dehinc inspirante susceperat; dicit verba sua esse sapientium, quæ in similitudinem stimulorum corrigant delinquentes, et pigros mortalium gressus aculeo pungente commoveant, sicque sint firma quasi clavi in altum solidumque defixi, nec auctoritate unius, sed concilio atque consensu magistrorum omnium proferantur. Et ne contemneretur humana sapientia, ait eam ab uno pastore concessam; id est, licet plurimi doceant, tamen doctrinæ auctor unus est Dominus. Facit hic locus adversus eos, qui alium Legis veteris, alium Evangelii æstimant Deum, quod unus pastor concilium prudentium instruxerit. Prudentes autem tam Prophetæ sunt, quam apostoli. Simul et hoc notandum est, quod dicantur verba sapientium pungere, non palpare, nec molli manu attrectare lasciviam; sed errantibus et, ut supra diximus, tardis pœnitentiæ dolores et vulnus infigere. Si cujus igitur sermo non pungit, sed oblectationi est audientibus, iste non est sermo sapientis; verba quippe sapientium ut stimuli. Quæ quoniam ad conversionem provocant delinquentem, et firma sunt, et a concilio sanctorum data, atque ab uno pastore concessa, et solida radice fundata sunt. Hoc stimulo, necdum Paulum, sed adhuc Saulum puto in via confessorum erroris audisse: «Durum tibi est adversum stimulum calcitrare. (Al. *contra stimulum Dei*)» *Act.* IX, 5.

«Et amplius ab his, fili mi, cave. Faciendi multos

mots : « Il t'est dur de regimber contre l'aiguillon. » *Act.* IX, 5.

« Hors de ces paroles, prenez garde, ô mon fils. Si l'on voulait écrire des livres nombreux, on n'en verrait pas la fin ; la méditation outrée est une œuvre de la chair. » *Eccl.* XII, 16, 17. Hors des paroles qui ont été données par un seul pasteur et répandues par l'assemblée des sages et de leur consentement, ne faites rien, ne vous appropriez rien ; suivez les traces des devanciers, et ne vous séparez pas de leur témoignage. Sans quoi, pendant que vous chercherez bien des choses, une infinité de livres s'offriront à vous, qui vous entraîneront dans l'erreur après un pénible travail de vaines lectures. Ou certainement il enseigne qu'il faut s'appliquer à la brièveté et s'attacher plutôt au sens qu'aux mots, contrairement aux philosophes et aux docteurs du siècle, qui s'efforcent de répandre leurs dogmes faux à la faveur de longs et vains discours. Au contraire, l'Ecriture divine se renferme dans un cadre étroit ; plus le sens est étendu, plus le discours est concis. Dieu a fait entendre sur la terre un langage parfait, mais bref, sa parole est près de nous, dans notre bouche et dans notre cœur. *Rom.* x, 8 ; *Deut.* XVX, 14. Autrement : La lecture fréquente et la méditation quotidienne est d'habitude une œuvre plutôt de l'âme que de la chair. Comme ce qui est fait par la main et le corps, est achevé par le travail de la main et du corps, ainsi ce qui regarde à la lecture est surtout un travail d'esprit. C'est pourquoi, ce me semble, il faut interpréter autrement que la plupart des commentateurs ce qui vient d'être dit de la multitude des livres. L'Ecriture a coutume de regarder comme un même volume plusieurs livres, malgré le nombre, pourvu qu'ils ne soient pas en contradiction et qu'ils traitent le même sujet. On dit au singulier, par exemple, l'Evangile et « la loi du Seigneur, parfaite et qui convertit les âmes, » *Psalm.* XVIII, 8, bien qu'il y ait plusieurs évangiles, et que les préceptes de la loi soient en grand nombre. Ainsi le livre désigné dans la prophétie d'Isaïe est toute l'Ecriture sainte, *Isa.* XXIX, II, 12, et c'est d'un chapitre de ce livre que se nourrissent Ezéchiel et Jean. *Ezech.* III ; *Apoc.* X. Pareillement le Sauveur, annoncé par les prophéties de tous les saints qui l'ont devancé, dit : « Il est écrit à mon sujet dans un chapitre du livre, » *Psalm.* XXXIX, 9. C'est en ce sens, je crois, qu'il est prescrit ici de ne point faire plusieurs livres. Quoi que vous disiez en effet, si vous le rapportez à Celui qui était au commencement avec Dieu et qui était Verbe et Dieu, *Joan.* I, 1, il n'y a qu'un volume, parce que, bien qu'il y ait des livres innombrables sur ce sujet, il n'y a qu'une loi, qu'un Evangile. Mais si vous discutez des matières

libros non est finis, et meditatio plurima labor est carnis. » *Eccl.* XII, 16, 17. Exceptis verbis quæ ab uno pastore sunt data, et a concilio atque consensu probata sapientium, nihil facias, nihil tibi vindices ; majorum sequere vestigia, et ab eorum auctoritate non discrepes. Alioqui, quærenti multa, infinitus librorum numerus occurret, qui te pertrahat ad errorem, et legentem frustra (Al. *addit* multa) faciet laborare. Vel certe docet brevitati studendum, et sensus magis sectandos esse quam verba, adversus philosophos et sæculi hujus doctores, qui suorum dogmatum falsitates conantur asserere vanitate ac multiplicatione (Al. *multitudine*) sermonum. E contra Scriptura divina brevi circulo coarctata est, et quantum (*a*) dilatatur in sensibus, tantum in sermone constringitur. Quia consummatum breviatumque sermonem fecit Deus super terram, et verbum ejus juxta est in ore nostro, et in corde nostro. *Rom.* x, 8 ; *Deut.* XXX, 14. Aliter : Frequens lectio et quotidiana meditatio animæ solet magis labor esse quam carnis. Quomodo enim quidquid manu et corpore fit, manus et corporis labore completur, ita quod ad lectionem pertinet, magis mentis est labor. Ex quo mihi videtur, superiora de multitudine librorum aliter sentienda, quam plerique æstimant. Moris est Scripturarum, quamvis plures libros, si inter se non discrepent, et de eadem re scribantur, unum volumen dicere. Siquidem et Evanglium, et « Lex Domini immaculata, convertens animas, » *Psal.* XVIII, 8, singulariter appellantur, cum plura Evangelia, et multa sint mandata legis. Sic et volumen in Isaiæ sermone signatum, omnis Scriptura divina est, *Isa.* XXIX, 11, 12, et uno capitulo libri Ezechiel Joannesque vescuntur. *Ezech.* III ; *Apoc.* X. Salvator quoque omnium retro sanctorum vocibus prophetatus, ait : « In capitulo libri scriptum est de me. » *Psal.* XXXIX, 9. Juxta hunc igitur sensum arbitror nunc præceptum, ne plures libri fiant. Quidquid enim dixeris, si ad eum referatur, qui in principio erat apud Deum, et Deus Verbum, *Joan.* I, unum volumen est, et innumerabiles libri una Lex, unum Evangelium nominantur. Quod si diversa et discrepantia disputaveris, et curiositate nimia huc atque illuc animum adduxeris (Al. *deduxeris*,) etiam

(*a*) « Dilatatur in sensibus. » Manuscripta exemplaria quamplurima, « dilatatur in sententiis. » Apud Tertullianum de Oratione Dominica, dicitur, si bene memini, « quantum constringitur verbis, tantum diffunditur sensibus. » MARTIAN.

différentes de l'Ecriture et qui lui sont contraires, si par excès de curiosité vous laissez errer votre esprit à l'aventure, il y a plusieurs livres même dans un seul livre. D'où cette parole : « Quiconque parle beaucoup ne sera point exempt de péché. » *Prov.* x, 19. A de tels livres, il n'y a pas de fin. Le bien et la vérité ont une limite certaine; le mal et le mensonge n'ont pas de bornes, et plus on les suit, plus leur série se prolonge. Sur un semblable sujet, l'étude et la méditation sont des œuvres de la chair. Je dis de la chair, et non de l'esprit; car l'esprit a lui aussi son travail, selon cette parole de l'Apôtre : « J'ai travaillé plus que les autres; non pas moi néanmoins, mais la grâce de Dieu avec moi; » I *Corinth.* xv, 10; et celle du Sauveur : « J'ai travaillé par mes cris. » *Psalm.* LXVIII, 4.

« Ce à quoi se réduit tout ce qui a été dit est bien facile à comprendre : Craignez Dieu, observez ses commandements; car c'est là tout l'homme; et Dieu, dans son jugement, fera rendre compte de toutes les œuvres cachées, soit bonnes, soit mauvaises. » *Eccl.* XII, 18, 19. Au rapport des Hébreux, ce livre paraissait devoir être proscrit comme d'autres écrits de Salomon qui ont été rejetés et dont le souvenir s'est perdu, parce qu'il traitait de vanité l'œuvre de Dieu dans la création, pensant que tout avait été fait sans but, et mettant au-dessus de toutes choses le boire, le manger et les délices passagères; ce dernier verset lui aurait seul mérité le privilége d'être mis au nombre des volumes sacrés, en ce que dans une sorte de récapitulation, il résume toute la thèse et toutes les propositions en disant que ce à quoi se réduit tout ce livre s'entend aisément et peut être mis en pratique sans effort : Craindre Dieu et garder ses commandements. L'homme en effet a été mis au monde pour connaître son créateur et pour lui offrir l'hommage de la crainte, du respect et de l'accomplissement de ses volontés. Aussi, quand viendra l'heure du jugement, toutes nos actions comparaîtront devant le souverain juge, dont la sentence inconnue nous tiendra longuement en suspens, et là chacun recevra selon ses œuvres, selon le mal ou le bien qu'il aura fait. Nous traduisons : « De toute œuvre cachée, bonne ou mauvaise; » en cet endroit, Symmaque et les Septante disent : « De toute chose que nous méprisons, » ou certainement : « De toute négligence, » parce qu'au jour du jugement, nous rendrons compte de toute parole oiseuse, même involontaire, même prononcée par ignorance. Autrement : Parce que la crainte est le propre des esclaves, que l'amour parfait chasse la crainte, I *Joan.* IV, 18, et que dans l'Ecriture sainte on distingue la crainte de l'amour qui commence de celle de l'amour parfait, je crois qu'il est ici question de celle qu'éprouvent les âmes consommées dans la vertu, selon cette parole :

in uno libro, multi libri sunt. Unde dictum est : « Ex multiloquio non effugies peccatum. » *Prov.* x, 19. Talibus igitur libris non est finis. Bonum enim omne, et veritas certo fine concluditur, malitia vero atque mendacium sine fine sunt, et quanto plus requiruntur, tanto major eorum series nascitur. Super hac re studium atque meditatio, labor est carnis. Carnis, inquam, non spiritus. Habet siquidem et spiritus laborem suum, juxta illud quod ait Apostolus : « Plus autem illis omnibus laboravi, non autem ego, sed gratia Dei quæ mecum est; » I *Cor.* xv, 10; et Salvator : « Laboravi clamans. » *Psal.* LXVIII, 4.

« Finis sermonis verbi universi auditu perfacilis est : Deum time, et mandata ejus custodi. Hoc est enim omnis homo, quia omne factum Deus adducet in judicium de omni abscondito, sive bonum, sive malum sit. » *Eccl.* XII, 18, 10. Aiunt Hebræi, cum inter cætera scripta Salomonis quæ antiquata sunt, nec in memoria duraverunt, et hic liber obliterandus videretur, eo quod vanas Dei assereret creaturas, et totum putaret esse pro nihilo, et cibum, et potum, et delicias transeuntes præferret omnibus, ex hoc uno capitulo meruisse auctoritatem, ut in divinorum Voluminum numero poneretur, quod totam disputationem suam, et omnem catalogum hac quasi ἀνακεφαλαιώσει (*recapitulationi*) coarctaverit, et dixerit finem sermonum suorum auditu esse promptissimum, nec aliquid in se habere difficile, ut scilicet Deum timeamus, et ejus præcepta faciamus. Ad hoc enim natum esse hominem, ut creatorem suum intelligens, veneretur eum (Al. *cum*) metu, et honore, et opere mandatorum. Siquidem cum judicii tempus advenerit, quidquid a nobis gestum est, stare sub judice, et ancipitem diu exspectare sententiam, et unumquemque recipere pro opere suo, sive mali quid gesserit, sive boni. Pro eo autem quod nos posuimus : « De omni abscondito, sive bonum, sive malum sit, » Symmachus et Septuaginta interpretati sunt, « de omni contempto, » vel certe « de omni ignorato, » quod etiam de otioso verbo, et non voluntate, sed ignoratione prolato, reddituri simus rationem in die judicii. Aliter : Quia timor servorum est, et perfecta dilectio foras mittit timorem, I *Jo.* IV, 18, et in Scriptura divina tam incipientium quam perfectorum duplex appellatus est metus ; nunc de consum-

« Rien ne manque à qui craint le Seigneur. » *Psalm.* XXXIII, 10. Ou certainement, comme il est homme encore, comme il n'a pas encore reçu le nom de Dieu, il a conscience de sa nature, et, prisonnier dans le corps, il craint Dieu, parce que Dieu appellera en jugement toute œuvre, c'est-à-dire tous les hommes à raison de toutes les choses qu'ils ont appréciées, tant d'un côté comme de l'autre, autrement qu'elles ont été faites et dites par lui. « Malheur en effet à ceux qui disent que le mal est le bien et que le bien est le mal ! » *Isa.* v, 20.

mato in virtutibus metu dici puto, secundum illud : « Nihil deest timentibus eum. » *Ps.* XXXIII, 10. Vel certe, quia adhuc homo est, et necdum nomen Dei accepit, hanc habet rationem substantiæ suæ, ut in corpore positus Deum timeat, quia omne factum, id est, omnes homines adducet Deus in judicium super universis, quæ aliter quam ab eo disposita sunt et dicta, senserunt, sive in hanc partem, sive in illam. « Væ » quippe, « his, qui dicunt malum bonum, et bonum, malum ! » *Isa.* v, 20.

INTERPRÉTATION

DES

DEUX HOMÉLIES D'ORIGÈNE

SUR LE CANTIQUE DES CANTIQUES.

PRÉFACE.

JÉRÔME AU BIENHEUREUX PAPE DAMASE.

Origène, qui a surpassé tous ses rivaux dans ses autres ouvrages, s'est surpassé lui-même dans le Cantique des Cantiques. Il avait expliqué déjà dix volumes, qui renferment près de vingt mille versets : les Septante d'abord, puis Aquila, Symmaque et Théodotion, et enfin cette cinquième édition qu'il dit avoir trouvée dans les parages d'Actium ; et cela avec autant de magnificence et de clarté, que dès lors me semble s'être accomplie en lui cette parole : « Le roi m'a introduite dans sa chambre nuptiale.» *Cant.* I, 3. Aussi ai-je renoncé, comme à une entreprise au-dessus de mes loisirs, de mes forces et de mes moyens, à rendre en latin des sujets si grands étudiés d'une manière si admirable, pour traduire ces deux traités qu'il composa sur le ton familier de la conversation pour les jeunes âmes, qui sont encore, pour ainsi dire, à la mamelle. Interprète plus fidèle qu'élégant, je vous offre un avant-goût de cette nourriture, au lieu du mets

INTERPRETATIO HOMILIARUM DUARUM ORIGENIS

IN CANTICUM CANTICORUM.

PRÆFATIO.

BEATISSIMO PAPÆ DAMASO HIERONYMUS.

Origenes, cum in cæteris libris omnes vicerit, in (*a*) Cantico (al. *Cantica*) Canticorum ipse se vicit. Nam decem voluminibus explicitis, quæ ad viginti usque versuum millia pene perveniunt (al. *pervenerunt*), primum Septuaginta Interpretes, deinde Aquilam et Symmachum et Theodotionem, et ad extremum quintam editionem, quam in (*b*) Actio littore invenisse se scribit, ita magnifice aperteque disserit, ut vel inde mihi videatur in eo completum esse, quod dicitur : « Introduxit me rex in cubiculum suum. » *Cant.* I, 3. Itaque illo opere prætermisso, quia ingentis est otii, laboris et sumptuum, tantas res, tamque dignum opus in Latinum transferre sermonem, hos duos tractatus, quos in morem quotidiani eloquii parvulis adhuc lactentibus (al. *lactantibusque*) composuit, fideliter magis quam ornate interpretatus sum, gustum tibi sensuum ejus, non cibum offerens, ut animadvertas

(*a*) Hoc opus cum duobus mss. exemplaribus contuli, quorum alterum est Bibliothecæ S. Crucis in Jerusalem de Urbe, alterum Vaticanæ, olim Suecorum Reginæ numero prænotatum 66. Veterem quoque editionem anni 1496 in consilium perpetuo adhibui, quam supra cæteros typis excusos libros, tametsi erroribus scateat, bonæ frugis esse experimento ipso dedici. (*Edit Mign.*)

(*b*) Videtur vulgo falli Hieronymus, *quintam* eam vocans editionem, quæ *sexta* dici debuisset, utpote quam Nicopoli ad Actium fuisse a quodam Origenis studioso inventam, Epiphanius, lib. de Ponderibus et Mensuris, cap. 18, atque auctor Synopseos inter Athanasii opera testantur. Quam enim ipse se referebat invenisse Origenes, apud Eusebium, Hist. Eccl. lib. VI, cap. 16, *quintam* volunt fuisse, quæ Jerichunte in doliis, ἐν πίθοις, latebat. Et vero istud Eusebii testimonium præ oculis habuisse Hieronymum ego puto ; verum ex illius verbis integrum esse contendo, quam velis e duabus illis editionibus, quas memorat, *quintam*, aut *sextam* appellare ; quin potius ex ordine, quo utraque recensetur, rectius opinor a S. doctore Nicopolitanam hanc ad Actium, *quintam* dici. Ita sonant Cæsariensis episcopi verba, ubi interpretationes alias ab illis Aquilæ, Symmachi, ac Theodotionis diversas ab Origene repertas tradit. « Quas quidem ille » (Origenes) « ex nescio quibus erutas angulis, in quibus jandudum delituerant, primus in lucem produxit ; et cum obscurum incompertumque haberet, cujusdam essent auctoris, hæc solum de ipsis annotavit : ὡς ἄρα τὴν μὲν εὕροι ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίῳ Νικοπόλει, τὴν δὲ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοιῷδε : « alteram quidem » (puta quintam, quæ sextam ordine præcedit) « a se repertam fuisse Nicopoli juxta Actium : alteram vero (sc. sextam) in alio quodam loco. — Quam in Actio littore, » etc. Corrupto apud Erasmum ac Marianum legimus « in Actæo, » Athanasius in Synopsi docet quintam editionem in doliis Jerichunte repertam fuisse a studioso quodam ex iis qui erant Jerosolymæ, sextam vero Nicopoli ad Actium a quodam Origenis discipulo. Itaque quod de quinta hic asserit Hieronymus, ad sextam referre videtur auctor Synopseos. Consule Epiphan. lib. de Pond. et Mensuris. MARTIAN.

lui-même, afin que vous jugiez en quelle estime on doit avoir les autres ouvrages d'Origène, qui sont pleins de grandeur, quand on peut trouver tant d'agrément à ceux-ci, qui ont la moindre importance.

HOMÉLIE I.

Moïse nous avait appris qu'il y a des choses, non pas saintes seulement, mais saintes entre les choses saintes, et des jours de sabbat plus solennels que les autres et qu'il appelle sabbats des sabbats; maintenant Salomon, en ce livre, nous enseigne qu'il y a non-seulement des Cantiques, mais encore des Cantiques des cantiques. Heureux celui qui entre dans le lieu saint, plus heureux celui qui pénètre dans le Saint des saints. Heureux celui qui garde le sabbat, plus heureux celui qui solennise les sabbats des sabbats. Et pareillement, heureux celui qui comprend les cantiques et les chante, puisque nul ne chante, si ce n'est dans les solennités; mais plus heureux celui qui chante les Cantiques des cantiques. A celui qui est admis dans le lieu saint, beaucoup de qualités manquent encore pour qu'il puisse pénétrer dans le Saint des saints, et célébrer le sabbat, que le Seigneur a institué pour le peuple, ce n'est pas être apte encore à fêter les sabbats des sabbats : de même une âme se rencontre-t-elle difficilement, qui, après avoir parcouru tous les cantiques contenus dans les Ecritures, puisse s'élever aux Cantiques des cantiques. Il vous faut sortir de l'Egypte, et, après en être sorti, passer la mer Rouge, pour qu'il vous soit permis d'entonner votre premier cantique en ces mots : «Chantons au Seigneur, dont la gloire s'est merveilleusement manifestée. » *Exod.* xv, 1. Et bien que vous ayez fait entendre ce premier chant, vous êtes loin encore du Cantique des cantiques. Traversez spirituellement le vaste désert, jusqu'à ce que vous arriviez au bord du puits que creusèrent les rois, *Num.* xxi, et là vous ferez entendre le second cantique. Voici maintenant les frontières de la Terre sainte; assis sur la rive du Jourdain, chantez le cantique de Moïse en ces mots: « Cieux, écoutez mes paroles, et toi, Terre, prête l'oreille à ma voix. » *Deut.* xxxii, 1. Vous devez en outre combattre sous Josué, pour faire de la Terre sainte votre héritage ; plus tard, quand vous aurez entendu les prophéties de l'abeille, quand l'abeille aura été votre juge (*Débora* signifie abeille), vous pourrez dire avec elle cette ode que rapporte le livre des Juges. *Judic.* v. Vous élevant ensuite au livre des Rois, II *Reg.* xxii,

quanti sint illa æstimanda, quæ magna sunt, cum sic possint placere, quæ parva sunt.

(a) HOMILIA PRIMA.

Quomodo didicimus per Moysen, quædam esse non solum sancta, sed et sancta sanctorum; et alia non tantum sabbata, sed et sabbata sabbatorum : sic nunc docemur, scribente Salomone, esse quædam non solum Cantica, sed et Cantica Canticorum. Beatus quidem is qui ingreditur sancta, sed beatior qui ingreditur sancta sanctorum. Beatus qui sabbata sabbatizat, sed beatior qui sabbatizat sabbatorum sabbata. Beatus similiter et is, qui intelligit cantica, et canit ea, nemo quippe nisi in solemnitatibus canit; sed multo beatior ille qui canit Cantica Canticorum. Et sicut is qui ingreditur in sancta, pluribus adhuc indiget, ut valeat introire in sancta sanctorum, et qui sabbatum celebrat, quod a Domino populo constitutum est, multa adhuc necessaria habet ut agat sabbata sabbatorum*: eodem modo difficile reperitur, qui omnia quæ in Scripturis continentur cantica peragrans, valeat ascendere ad Cantica Canticorum. Egredi te oportet ex Ægypto, et egressum de terra Ægypti pertransire mare Rubrum, ut possis primum canticum canere dicens : « Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est. » *Exod.* xv, 1. Licet autem primum dixeris canticum, adhuc longe es a Cantico Canticorum. Perambula terram deserti spiritualiter, donec venias ad puteum, quem foderunt reges, *Num.* xxi, ut ibi secundum canticum canas. Post hæc veni ad vicina sanctæ Terræ, ut super Jordanis ripam constitutus, cantes canticum Moysi, dicens : « Attende, cœlum, et loquar, et audiat terra verba oris mei. » *Deut.* xxxii, 1. Rursum habes necessarium, ut milites sub Jesu, et terram sanctam hæreditate possideas, et apis tibi prophetet, et apis te judicet (Debbora apis interpretatur), ut possis et illud carmen, quod in libro Judicum continetur, *Judic.* v, ediscere. Ad Regnorum deinceps volumen ascendens, II *Reg.* xxii, veni ad canticum, quando David liberatus est de manu omnium inimicorum suorum, et de manu

(a) Pro « Homilia prima, præmittit Vallars. : « Incipit Tractatus primus Origenis in Canticum Canticorum; » taliquo titulo subnectit notam sequentem : « In antiqua editione inscribitur : « Præfatio Origenis in Canticum Canticorum, » quæ ad expositionem usque prioris versiculi « Osculetur me ab osculo, » etc. hac excipitur alia epigraphe : « Homilia prima. » Tum « Osculetur, » etc. » Item deinde ponit « Tractatus secundus » (*Edit. Mign.*)

écriez-vous avec David, délivré de la main de tous ses ennemis et de la main de Saül : « Le Seigneur est mon appui, et ma force, et mon refuge, et mon salut. » *Psalm.* XVII, 1. Il vous faut encore arriver jusqu'à Isaïe, pour dire avec lui : « Je chanterai un cantique au bien-aimé de ma vigne. » *Isai.* V, 1. Et lorsque vous aurez franchi toutes les étapes des Livres saints, montez, élevez-vous encore, afin de pouvoir, âme ornée de tous les dons, chanter avec l'époux le Cantique des cantiques.

De combien de rôles il se compose, je n'ose le dire avec certitude. Toutefois, puisque vous le voulez savoir, il me semble y avoir découvert par une révélation de Dieu, quatre rôles : l'époux, l'épouse, les compagnes de celle-ci, et le cortége d'amis de celui-là. Il y a les paroles de l'époux, et par intervalles, tantôt celles des jeunes filles, et tantôt celles des amis de l'époux. Il convient en effet que, dans les noces, la fiancée soit suivie d'une foule de jeunes vierges, et que l'époux y ait un nombreux cortége de jeunes gens. Toutes ces choses, gardez-vous de les chercher au-dehors, ailleurs que dans les rangs de ceux qui ont été sauvés par la prédication de l'Evangile. Jésus-Christ, c'est l'époux ; et l'épouse immaculée et toute belle, c'est l'Eglise, dont il est écrit : « Pour faire paraître devant lui l'Eglise pleine de gloire, n'ayant ni tache, ni ride, ni rien de semblable, mais sainte et sans aucun défaut. » *Ephes.* V, 27. Quant à ceux qui, bien que fidèles, ne sont pas cependant au degré de pureté que nous venons de dire et semblent n'avoir conquis le salut que dans une certaine mesure, il faut voir en eux les âmes de ceux qui ont la foi, âmes qui forment le cortége de l'épouse ; comme il faut voir, dans les Anges et dans ceux qui ont atteint la perfection de l'homme nouveau, les amis qui suivent l'époux. Voilà comment il me paraît qu'il y a quatre parties, celle de l'époux, celle de l'épouse, et deux chœurs qui se répondent, l'épouse chantant avec ses compagnes, et l'époux avec ses amis. Cela compris, écoutez le Cantique des cantiques, hâtez-vous d'en pénétrer le sens, hâtez-vous de dire avec l'épouse ce qu'elle dit, afin d'entendre la réponse qu'elle a entendue. Et si vous ne pouvez répéter avec l'épouse ce qu'elle a dit, afin qu'il vous soit fait la même réponse, hâtez-vous du moins de devenir digne d'entrer dans le cortége de l'époux. Que si enfin vous demeurez au-dessous de ces derniers, soyez du moins au nombre des compagnes qui habitent dans les délices avec l'épouse. Car telle est la distribution des rôles en ce livre qui met en drame les noces mystiques ; et c'est de là que les Gentils prirent l'idée de leur épithalame et de leur chant nuptial. Le Cantique des cantiques est de tous points un épithalame. Au début, l'épouse prie, et sa prière est aussitôt entendue : elle voit l'époux en sa présence, elle

Saul, et dixit : « Dominus firmamentum meum, et fortitudo mea, et refugium meum, et liberator meus. » *Ps.* XVII, 1. Perveniendum tibi est ad Isaiam, ut cum illo dicas : « Cantabo canticum dilecto vineæ meæ. » *Isai.* V, 1. Et cum universa transieris, ad altiora conscende, ut possis anima decora cum sponso et hoc canere Canticum Canticorum.

Quod ex quot personis constet, incertus sum. Orantibus autem vobis, et revelante Domino, quatuor mihi in his videor invenisse personas, virum et sponsam, cum sponsa adolescentulas, cum sponso sodalium greges. Alia dicuntur a sponsa, alia a sponso, nonnulla a juvenculis, quædam a sodalibus sponsi. Congruum quippe est, ut in nuptiis adolescentularum sit multitudo cum sponsa, juvenum turba cum sponso. Hæc omnia noli foris quærere ; noli extra eos qui prædicatione Evangelii salvati sunt. Christum sponsum intellige ; Ecclesiam sponsam sine macula et ruga, de qua scriptum est : « Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid eorum ; sed ut sit sancta et immaculata. » *Ephes.* V, 27. Eos vero qui, cum sint fideles, non sunt tamen istius modi, quales sermo præfatus est, sed juxta modum quemdem adepti videntur salutem, animadverte credentium animas, et adolescentulas esse cum sponsa ; Angelos vero et eos qui pervenerunt in virum perfectum, intellige viros esse cum sponso. Inde igitur mihi videntur quatuor ordines, unum et unam, duos choros inter se concinentes, sponsam canere cum juvenculis, sponsum canere cum sociis. Et cum hoc intellexeris, audi Canticum Canticorum, et festina intelligere illud, et cum sponsa dicere ea, quæ sponsa dicit, ut audias quæ audivit et sponsa. Si autem non potueris dicere cum sponsa quæ dixit, ut audias ea quæ dicta sunt sponsæ, festina vel cum sponsi sodalibus fieri. Porro si et illis inferior es, esto cum adolescentulis quæ in sponsæ deliciis commorantur. Hæ quippe in hoc libro fabula pariter et epithalamio sunt personæ, ex quo et gentiles sibi epithalamium vendicarunt, et istius generis carmen assumptum est. Epithalamium siquidem Canticum Canticorum est. Primum sponsa orat et statim in mediis precibus auditur : videt præsentem sponsum, videt adolescentulas suo comitatui copulatas. Deinde respondet ei sponsus, et post sponsi eloquia,

voit les jeunes filles qui vont former son cortége. L'époux lui répond ensuite, et, quand il a parlé, pendant qu'il souffre pour la sauver, les compagnons de l'époux, jusqu'à qu'il soit lui-même dans le lit nuptial et qu'il se lève après sa Passion, répondent qu'ils vont parer l'épouse de certains ornements. Mais il vaut mieux recourir dès à présent aux paroles dont l'épouse se sert en sa prière.

« Qu'il m'accorde les baisers de sa bouche. » *Cant.* I, 1. Voici le sens : Jusques à quand les baisers de mon époux m'arriveront-ils par Moïse, jusques à quand par les prophètes ? J'ai soif dès maintenant de toucher sa lèvre : qu'il vienne lui-même, qu'il descende lui-même. Ainsi, c'est le Père de l'époux qu'elle prie, c'est à lui qu'elle dit : « Qu'il m'accorde les baisers de sa bouche. » Et comme elle est en état de voir s'accomplir sur elle la prophétie qui dit : « A votre premier cri je répondrai : Me voici, » *Isai.* LVIII, 9, le Père de l'époux exauce l'épouse, il envoie son Fils. A la vue de Celui dont elle implorait la venue, elle s'arrête en sa prière, pour lui dire aussitôt : « Votre sein est plus enivrant que le vin le meilleur, et meilleure l'odeur de vos parfums que celle des plus suaves aromates. » Jésus-Christ, l'époux envoyé par le Père, vient donc vers l'épouse oint de parfums, et c'est à lui qu'il est dit: « Parce que vous avez aimé la justice et détesté l'iniquité, Dieu, votre Dieu vous a oint de l'huile de la joie, de préférence à tous vos compagnons. » *Psalm.* XLIV, 8. Que l'époux me touche, et moi aussi j'exhalerai la bonne odeur; et moi aussi je suis parfumée, et jusqu'à moi se communiquent (al. *se communiqueront*) les parfums de l'époux, afin que je puisse dire avec les Apôtres : « Nous sommes en tout lieu la bonne odeur de Jésus-Christ.» II *Corinth.* II, 15. Mais nous, quand nous entendons ces paroles, nous sommes encore infectés de la mauvaise odeur des péchés et des vices, dont le prophète repentant disait : « La gangrène du péché dévore mon âme, depuis que j'ai eu la folie de vous abandonner. » *Psalm.* XXXVII, 4. Le péché a l'odeur de la pourriture; la vertu, celle des parfums, dont l'Exode nous nomme les plus précieux. Vous y trouverez la fleur de myrrhe, l'onyx, la gomme odoriférante, et les autres. Ce sont ceux qui composent l'encens. En outre, le parfumeur emploie divers onguents, parmi lesquels le nard et l'essence de myrrhe. Et Dieu qui fit le monde, dit à Moïse : « Je les ai remplis de l'esprit de sagesse et d'intelligence, pour exécuter les œuvres de l'art de parfumeur. » *Exod.* XXXV. Dieu est l'instituteur des parfumeurs eux-mêmes.

Ces choses, si on ne les entend pas dans le sens spirituel, ne sont-elles pas des fables ? Si elles n'ont pas quelque chose de mystérieux, ne sont-elles pas indignes de Dieu ? Il est donc nécessaire que celui qui entre dans l'esprit des

dum ille pro ejus patitur salute, respondent sodales, donec sponsus sit in recubitu, et a passione consurgat, se quædam sponsæ ornamenta facturos. Verum jam ipsa verba ponenda sunt, in quibus prius vox sponsæ deprecantis auditur.

« Osculetur me ab osculis oris sui. » *Cant.* I, 1. Quorum iste est sensus : Quousque mihi sponsus meus mittit oscula per Moysen, mittit oscula per prophetas ? Jam ipsius cupio ora contingere : ipse veniat, ipse descendat. Orat igitur sponsi Patrem et dicit ad eum : « Osculetur me ab osculis oris sui. » Et quia talis est, ut compleatur super eam propheticum illud, in quo dicitur : « Adhuc te loquente dicam : Ecce adsum, *Isai.* LVIII, 9, sponsam sponsi Pater exaudit, mittit Filium suum. Videns illa eum cujus deprecabatur adventum, orare desistit, et ad eum cominus loquitur : « Quoniam bona ubera tua super vinum et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. » Sponsus igitur Christus missus a Patre, venit unctus ad sponsam, et dicitur ad eum : « Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exsultationis, præ participibus tuis. » *Ps.* XLIV, 8. Si me tetigerit sponsus, et ego boni odoris ero ; et ego linior unguentis, et ad me usque ejus unguenta perveniunt (al. *pervenient*), ut possim cum Apostolis dicere : « Christi bonus odor sumus in omni loco. » II *Cor.* II, 15. Nos autem, cum hæc audimus, adhuc peccatis vitiisque fœtemus, de quibus propheta pœnitens loquitur : « Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ. » *Ps.* XXXVII, 4. Peccatum odoris est putidi (al. *putridi*) ; virtus spirat unguenta, quorum typos in Exodo relege. Invenies (al. *reperies*) quippe et ibi stacten, onycha, galbanen, et reliqua. Hæc quidem in incensum. Deinde ad opus unguentarii varia sumuntur unguenta, in quibus est nardus et stacte. Et Deus qui fecit cœlum et terram, loquitur ad Moysen, dicens : « Ego implevi eos spiritu sapientiæ et intellectus, ut faciam opera artis unguentariæ. » *Exod.* XXXV *et* XXXVI. Et unguentarios Deus docet.

Hæc si spiritualiter non intelligantur, nonne fabulæ sunt ? Nisi aliquid habent secreti, nonne indigna sunt Deo ? Necesse est igitur eum, qui audire Scripturas spiritualiter novit, aut qui certe non novit, et desiderat nosse, omni labore contendere, ut non juxta carnem

Ecritures ou qui, n'y entrant pas, désire y pénétrer, emploie tous ses efforts à ne pas vivre selon la chair et le sang, afin qu'il puisse devenir digne des secrets spirituels, digne, pour me servir d'une expression plus audacieuse, de la concupiscence spirituelle, de l'amour spirituel. Car il existe un amour spirituel. Comme il y a une nourriture et une boisson charnelles, une nourriture et une boisson spirituelles: ainsi il y a un amour charnel qui est de Satan, et un amour spirituel qui tire de Dieu son origine. Et nul ne peut servir ces deux amours. Si vous aimez la chair, vous n'êtes pas capable d'amour spirituel. Si vous avez méprisé toutes les choses corporelles, je ne dis pas seulement la chair et le sang, mais l'argent et les richesses, mais la terre elle-même, mais le ciel lui-même, puisque tout cela est éphémère; si vous avez méprisé toutes ces choses, si votre âme n'est retenue à quelqu'une d'elles par aucun lien, et si vous n'avez de penchants à n'importe quel vice, alors seulement vous êtes capable d'amour spirituel. Cela dit en passant, l'occasion s'offrant d'elle-même de dire quelques mots de l'amour spirituel. Surtout, il nous importe de garder le précepte de Salomon, ou plutôt de Celui qui, par la bouche de Salomon, parlait ainsi de la Sagesse : « Aimez-la, elle vous protégera; entourez-la de soins, elle vous exaltera; honorez-la, afin qu'elle vous retienne sur son sein. » *Prov.* IV, 8. Il y a une sorte d'embrassement spirituel, et plaise à Dieu qu'il arrive que l'époux enserre mon épouse dans son embrassement le plus chaleureux, afin que je puisse dire à mon tour ce qui est écrit au même livre : « Son bras gauche sera sous ma tête, et il m'entourera de son bras droit. » *Cant.* II, 6.

« Qu'il me couvre donc des baisers de sa bouche! » L'Ecriture a coutume d'employer l'impératif pour l'optatif, comme en ces mots : « Notre Père, qui êtes aux cieux, que votre nom soit sanctifié, » au lieu de : « Puisse-t-il être sanctifié; » et ici : « Qu'il me couvre des baisers de sa bouche, » au lieu de : « Puisse-t-il me couvrir. » Ensuite elle aperçoit l'époux; il vient tout parfumé. Pouvait-il venir autrement vers l'épouse? il ne convenait pas que le Père envoyât autrement le Fils à ses noces. Il l'a oint d'essences diverses, il l'a fait le *Christ;* et le Fils vient exhalant de suaves odeurs, et il lui est dit que « son sein est plus enivrant que le vin le meilleur. » C'est à bon droit que le texte sacré emploie des

et sanguinem conversetur, quo possit dignus fieri spiritualium secretorum, et ut aliquid audentius dicam, spirituali cupidine vel amore. Siquidem est et spiritualis amor. Et quomodo est quidam carnalis cibus, et alius spiritualis, et alia carnis (Al. *carnalis*) potio, alia spiritus: sic est quidam amor carnalis a Satana veniens, alius amor spiritus, a Deo exordium habens. Et nemo potest duobus amoribus possideri. Si carnis amator es, amorem spiritus non capis. Si omnia corporalia despexisti, non dico carnem aut sanguinem, sed et argentum et possessiones, et ipsam terram, ipsumque cœlum (hæc quippe pertransibunt), si ista omnia contempsisti, et ad nullum horum anima tua obligata est, neque quoquam vitiorum amore retineris, potes amorem capere spiritualem. Ista quia evenit occasio, ut de amore spirituali aliqua diceremus. Expedit autem nobis Salomonis custodire præceptum, et magis illius, qui per Salomonem loquebatur de sapientia, ita dicens : « Ama illam, et servabit te; circumda illam, et exaltabit te; honora illam, ut te amplectatur (Al. *amplectetur*). » *Prov.* IV, 8. Est quidam spiritualis amplexus; atque utinam contingat, ut meam sponsam altior sponsi amplexus includat, ut ego quoque possim dicere, quod in eodem libro scriptum est : « Sinistra ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.» *Cant.* II, 6.

Ergo : « Osculetur me ab osculis oris sui. » Moris est Scripturarum, imperativum modum pro optativo ponere, ut ibi : « Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, » pro « utinam sanctificetur; » et nunc in præsenti: « Osculetur me ab osculis oris sui, » pro eo quod est, « utinam osculetur. » Deinde conspicit sponsum; venit delibutus unguentis. Nec aliter ad sponsam poterat venire, nec decebat aliter Patrem ad nuptias Filium destinare. Variis eum unxit unguentis, fecit illum « Christum ; » venit diversi odoribus spirans, et audit, « quia bona ubera tua super vinum.» Congrue sermo divinus (*a*) unam eamdemque rem

(*a*) Deerat *unam*, quam vocem mss. sufficiunt. Huc porro sunt referenda, lucis mutuandæ gratia, quæ in priori homilia ex his, quas e Græco Rufinus vertit, disserit Origenes de ἡγεμονικῷ, id est, *principale*, quod variis in Scriptura sancta nominibus denotari ait, et modo pectoris, ac sinus, ut cum de Joanne dicitur, quod super pectus Domini in cœna recubuit, et modo pectusculi, sive armi, qui Sacerdotibus separatur, ut in Levitico, denique uberum, ut hic in Cantico, « *Cor*, » inquit, « tuum, o sponse meus, id est dogmata, quæ intra te sunt, vel doctrinæ gratia superat omne vinum, quod cor hominis ætificare solet. Sicut enim in his, de quibus dicit : » quia Deum videbunt, « cor competenter dictum esse videtur; et inter discumbentes sinus ac pectus ponitur pro habitu sine dubio discumbentium, formaque convivii ; et rursum, ut apud Sacerdotes, pectusculum. et brachium mysticis designatur eloquiis ; ita etiam arbitror in præsenti loco (Canticor.) ubi amantium habitus et colloquia describuntur, gratissime hoc ipsum » Principale « cordis appellatum. » (*Edit. Mign.*

termes différents, suivant les différentes circonstances, pour désigner une seule et même chose. Quand il veut désigner l'intelligence dans l'hostie offerte d'après la Loi, il nomme le haut de la poitrine. S'agit-il de quelqu'un qui repose avec Jésus, et qui est en communion de sentiments avec lui, le texte ne dit pas le haut de la poitrine, comme précédemment, mais la poitrine même. Et lorsque l'épouse s'adresse à l'époux, parce que c'est ici un chant nuptial, il n'est plus question du haut de la poitrine, comme dans un sacrifice, ni de la poitrine, comme à propos du disciple saint Jean, mais du sein : « Votre sein est plus enivrant que le vin le meilleur. » Soyez en communion, comme l'épouse, avec les sentiments de l'époux, et vous saurez quelle joie et quelle ivresse il y a dans de telles pensées. De même que « le calice enivrant du Seigneur est bon au delà de toute expression, » *Psalm.* XXII, 5, de même le sein de l'époux est meilleur que la meilleure boisson : « Votre sein enivrant est préférable au vin le plus doux. » Au milieu de sa prière, c'est à l'époux qu'elle s'adresse : « Et l'odeur de vos parfums est meilleure que celle des aromates les plus suaves. » Ce n'est pas d'une seule essence, c'est de toutes les essences qu'est oint l'époux, quand il vient. Et s'il daignait se diriger vers mon âme devenue sa fiancée, combien il importe qu'elle soit belle et pure, pour l'attirer du ciel auprès d'elle, pour le faire descendre sur la terre, pour le faire venir à sa bien-aimée ! Quelle beauté doit l'orner, et que son amour doit être ardent, pour qu'il lui dise, comme à l'épouse parfaite : « Parce que j'aime votre tête, parce que j'aime vos yeux, parce que j'aime votre visage, parce que j'aime vos mains, parce que j'aime votre taille, parce que j'aime vos épaules, parce que j'aime vos pieds ! » *Cant.* IV et seqq. Plus loin, si Dieu le permet, nous étudierons ces paroles ; nous rechercherons pourquoi cette désignation de divers membres de l'épouse et pourquoi l'éloge à part de chaque partie, en sorte qu'après cette étude, notre âme s'efforce de mériter les mêmes éloges. « Votre sein enivrant, dit-elle, est préférable au vin le meilleur. » Si vous voyez l'époux, alors vous comprendrez la vérité de ces paroles : « Votre sein enivrant est préférable au vin le meilleur, et meilleure est l'odeur de vos parfums que celle des aromates les plus suaves. » Beaucoup ont eu des aromates. La reine du Midi porta des aromates à Salomon, et plusieurs autres possédèrent des aromates ; mais quelque grande quantité qu'ils en aient eu, rien n'est comparable à la bonne odeur de Jésus-Christ, dont l'épouse dit ici : « Meilleure est l'odeur de vos parfums que celle de tous les aromates ensemble. » Je crois que Moïse, Aaron et tous les prophètes ont eu leur bonne odeur ; mais si je vois Jésus-Christ, si je perçois la douceur sans égale de ses

pro locorum qualitate, diversis vocabulis nuncupat. Quando hostia offertur in Lege, et vult intellectum ostendere pectusculus separationis affatur. Quando vero recumbit aliquis cum Jesu, et sensuum ejus communione perfruitur, non pectusculum ut supra, sed pectus alloquitur. Porro, cum sponsa loquitur ad sponsum, quia nuptiale carmen inducitur, non pectusculum, ut in sacrificio, non pectus, ut in Joanne discipulo, sed ubera nominat, dicens : « Quia bona ubera tua super vinum. » Communica, ut sponsa, cum sensibus sponsi, et scies, quia inebriant atque lætificant istiusmodi cogitatus. Quomodo autem « calix Domini inebrians perquam optimus est, » *Psal.* XXII, 5, sic ubera sponsi omni meliora sunt vino, « quia bona ubera tua super vinum. » In mediis precibus ad sponsum verba convertit : « Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. » Non uno sed omnibus sponsus venit unctus unguentis. Si autem et ad meam animam factam sponsam suam venire dignabitur, quam oportet esse formosam, ut illum de cœlo ad se trahat, ut descendere faciat ad terras, ut veniat ad amatam ? Quali pulchritudine decorando, quali debet amore fervere, ut ea loquatur ad illam, quæ ad perfectam locutus est sponsam : « Quia cervix tua, quia oculi tui, quia genæ tuæ, quia manus tuæ, quia venter tuus, quia humeri tui, quia pedes tui ! » *Cant.* IV *et seqq.*, de quibus, si concesserit Dominus, disputabimus ; quomodo sponsæ membra varientur, et singularum partium laus diversa dicatur, ut post disputationem, etiam ad nostram dici animam similiter laboremus. « Bona, » igitur « ubera tua super vinum. » Si videris sponsum, tunc intelliges verum esse quod dicitur : « Quoniam bona ubera tua super vinum, et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. » Multi habuerunt aromata. Regina austri detulit aromata Salomoni, et plures alii aromata possederunt ; sed habuerit quis quantalibet, non possunt Christi odoribus comparari, de quibus nunc sponsa ait : « Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. » Ego arbitror, quia et Moyses habuit aromata, et Aaron, et singuli prophetarum ; verum si videro Christum, et suavitatem unguentorum ejus odoremque percepero, statim sententiam fero, dicens : « Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. » « Oleum effusum nomen tuum, »

parfums, j'exprime aussitôt mon sentiment et je m'écrie : « Je préfère la bonne odeur que vous exhalez à celle de tous les aromates ensemble. » « Votre nom est une huile répandue ; » mots prophétiques et mystérieux. A peine le nom de Jésus paraît-il dans le monde, et il est prédit qu'il est un parfum répandu. Pareillement, dans l'Evangile, une femme porte un vase d'albâtre rempli de parfums et de nard précieux, qu'elle répand sur la tête et sur les pieds de Jésus. *Matth.* XXVI, 7, et *Marc.* XIV, 3. Remarquez avec soin quelle est celle des deux femmes qui arrose la tête du Sauveur. Puisque c'est une pécheresse qui arrose les pieds, cela montre que celle qui a répandu le parfum sur la tête n'est pas pécheresse. *Luc.* VII, 37, et *Joan.* XII, 3. Approfondissez, dis-je, et vous trouverez, en lisant l'Evangile, que les Evangèlistes n'y ont pas écrit des récits fabuleux, mais des paroles au sens caché. La maison fut donc remplie de la bonne odeur des parfums, puisque la pécheresse a répandu les siens sur les pieds et que celle qui n'était pas pécheresse a répandu les siens sur la tête. *Ibid.* Et rien d'étonnant que toute la maison ait été remplie de la bonne odeur, puisque le monde entier en a été rempli. Au même endroit, il est question de Simon le lépreux et de sa maison. *Marc.* XIV, 3; *Luc.* VII, 36. Je crois que le lépreux est la figure du Prince de ce monde, et que Simon était le nom du lépreux dont la demeure fut remplie d'une odeur suave à l'arrivée de Jésus-Christ, la pécheresse faisant pénitence et arrosant de parfums la tête de Jésus.

« Votre nom est un parfum répandu. » Comme une essence dont la suave odeur se disperse de toutes parts quand on la répand, ainsi le nom de Jésus-Christ s'est répandu. Dans l'univers entier on nomme Jésus-Christ, dans le monde entier on le publie Seigneur. C'est que son nom est un parfum répandu. On connaît maintenant le nom de Moïse, renfermé jusqu'alors dans les étroites limites de la Judée. Nul en Grèce ne se souvint de lui, et dans aucune histoire des Gentils il n'est fait mention de lui ou des autres prophètes. A peine Jésus brille-t-il sur le monde, qu'il met aussitôt en lumière la loi et les prophètes, et cette parole s'est vraiment accomplie : « Votre nom est un parfum répandu. » « Aussi les jeunes vierges vous ont-elles aimé. » Puisque par le Saint-Esprit la grâce de Dieu s'est répandue dans nos cœurs, *Rom.* V, 15, c'est à bon droit que l'Ecriture parle d'effusion : « Votre nom

Propheticum sacramentum est. Tantummodo nomen Jesu venit in mundum, et unguentum prædicatur effusum. In Evangelio quoque mulier accipiens alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi, caput Jesu pedesque perfudit. *Matth.* XXVI, 7, *et Marc.* XIV, 3. Observa diligenter quæ de duabus super caput fuderit Salvatoris. (*a*) Siquidem peccatrix super pedes, et ea quæ non dicitur peccatrix, super caput ejus fudisse monstratur. *Luc.* VIII, 3, *et Joan.* XII, 27. Observa, inquam, et invenies in Evangelica lectione non fabulas et narrationes ab Evangelistis, sed mysteria esse conscripta. Impleta est itaque (Al. *utique*) odore unguenti domus, si quod peccatrix habuit, ad pedes referendum est et si quod ea quæ non peccatrix, ad caput. *Ibid.* Nec mirum domum fuisse odore completam, cum hoc mundus completus sit. Scribitur in eodem loco de Simone leproso et domo ejus. (*Marc.* XIV ; *Luc.* VII. Ego puto leprosum mundi istius principem (Al. *esse principem*), et hunc leprosum, Simonem nuncupari, cujus domus ad adventum Christi suavi odore completa sit, agente pœnitentiam peccatrice, et sancta caput Jesu unguenti odoribus perfundente.

« Unguentnm effusum nomen tuum. » Quomodo unguentum quod effusione sua odorem longe lateque dispergit, sic Christi nomen effusum est. In universa terra Christus nominatur, in omni mundo prædicatur Dominus. Unguentum enim effusum est nomen ejus. Nunc Moysi nomen auditur, quod prius Judææ tantum claudebatur angustiis. Neque enim Græcorum quispiam meminit ejus, neque in ulla gentilium litterarum historia de illo seu cæteris scriptum aliquid invenimus. Statim ut Jesus radiavit in mundo, eduxit secum Legem et Prophetas, et vere completum est : « Unguentum effusum nomen tuum. » « Propterea juvenculæ dilexerunt te. » Quia per Spiritum sanctum, charitas Dei diffusa est in corda nostra, *Rom.* V, 15,

(*a*) In ea scilicet opinione Origenes fuit, ut alteram fuisse sentiret mulierem quæ Christum apud Simonem Pharisæum, ab illa quæ apud Simonem Leprosum unxerit : et quæ adeo peccatrix dicitur, pedes ; quæ sancta, caput unguento liniisse. Quod infra clarius sub sequentis homiliæ initium edisserit : « Loquitur Evangelium, quia venit mulier habens alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi : non illa peccatrix, sed sancta, de qua nunc mihi sermo est. Scio quippe Lucam de peccatrice, Matthæum vero et Joannem et Marcum non de peccatrice dixisse. Venit ergo non peccatrix illa, sed sancta, cujus nomen quoque Joannes inseruit. » Quin imo et tertiam quoque ab his diversam unctricem profert in Matth. cap. XXVI : « Ego, inquit, magis consentio tres fuisse ; et unam quidem, de qua conscripserunt Matthæus et Marcus, nullam differentiam expositionis suæ facientes in uno capitulo ; alteram autem fuisse, de qua scripsit Lucas ; aliam autem de qua scripsit Joannes. » Satis porro est nobis hæc ex Origenis sensu annotasse, neque enim famosissimam quæstionem instituti nostri est agitare in utramque partem, aut quam probemus, argumentis asserere. (*Edit. Mign.*)

est l'effusion d'un parfum. » En disant ces mots, l'épouse se tourne vers ses compagnes. Quand elle implorait le Père de l'époux, elles n'étaient pas encore auprès d'elle. C'est pendant sa prière que le chœur des jeunes vierges arrive, et l'épouse lui adresse cet éloge : « C'est pourquoi les jeunes vierges vous ont aimé et vous ont attiré. » Et les compagnes de l'épouse répondent : « Nous courrons après vous, guidées par votre bonne odeur. » Comme cela dit bien que, marchant sur les traces de l'époux, elles n'ont pas encore la confiance de l'épouse! L'épouse ne marche pas derrière l'époux, elle s'avance côte à côte avec lui. Elle prend la main du fiancé, et sa main est dans la main de l'époux. Les compagnes au contraire entrent après lui. « Il y a soixante reines, quatre-vingts pécheresses et des jeunes filles sans nombre. Ma colombe, ma parfaite est unique; elle est unique pour sa mère, unique pour son père. » *Cant.* VI, 7, 8. « Nous courrons donc sur vos traces, guidées par votre bonne odeur. » C'est en tout honneur qu'il est dit pour ceux qui marchent encore sur la voie : « Nous courrons sur vos traces, guidés par votre bonne odeur; » selon cette parole : « J'ai consommé ma course; » II *Tim.* IV, 7; et cette autre : « Ceux qui courent dans le stade, courent tous; mais un seul reçoit le prix. » I *Corinth.* IX, 24. Le prix, c'est Jésus-Christ, et ces jeunes vierges, que nous savons être reléguées à la porte parce que leur amour est à sa naissance, c'est d'après cet exemple : « Mais l'ami de l'époux, qui est debout et l'écoute, est plein de joie à cause de la voix de l'époux, » *Joan.* III, 29, qu'elles sont retenues au dehors. L'époux entre, elles restent à la porte; mais l'épouse, qui est belle, parfaite, sans tache ni ride, ayant pénétré dans la chambre nuptiale, dans la demeure privée du roi, revient vers ses compagnes, et leur annonce ce que, seule, elle vient d'admirer. Voici comme elle parle.

« Le roi m'a introduite dans la chambre nuptiale. » Elle ne dit pas : Nous étions plusieurs qu'il a introduites dans son appartement. Il en reste plusieurs à la porte; l'épouse entre seule dans la chambre nuptiale, afin qu'elle y contemple les trésors les plus cachés, et qu'elle annonce aux jeunes filles ce qu'elle a vu : « Le roi m'a fait pénétrer dans la chambre nuptiale. » Et de nouveau les jeunes filles, c'est-à-dire la foule très-nombreuse de celles qui croissent pour devenir épouses, l'épouse étant entrée dans la chambre nuptiale, où elle admire les richesses de son mari, pendant qu'elles attendent impatiemment son retour, chantent joyeusement : « Nous serons pleines d'allégresse et nous nous réjouirons en vous. » Elles se réjouissent (*Al.* nous nous réjouissons) à cause de la perfection de l'épouse. Il n'y a pas de jalousie dans la vertu. Cet amour est pur, exempt de tout vice. « Nous

congrue nomen effusionis infertur : « Unguentum effusum nomen tuum. » Hæc dicens sponsa adolescentulas conspicit. Quando illa sponsi Patrem rogabat, et ad ipsum sponsum cominus loquebatur, necdum adolescentulæ aderant. In mediis vero precibus ingreditur juvencularum chorus, et sponsæ laudatur eloquiis : « Propterea juvenculæ dilexerunt te, et attraxerunt te.» Adolescentulæque respondent : « Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. » Quam pulchre sponsi pedisequæ necdum fiduciam habent sponsæ ! Sponsa non post tergum sequitur, sed juncto (Al. *juncta*) ingreditur latere (Al. *lateri*.) Apprehendit dexteram sponsi, et manus ejus sponsi dextera continetur. Famulæ vero ingrediuntur post eum. « Sexaginta sunt reginæ et octoginta concubinæ, et juvenculæ, quarum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea; una est matri suæ, una est ei quæ concepit illam. » *Cant.* VI, 7 *et* 8. « Post te ergo in odorem unguentorum tuorum curremus. » Cum omni honestate deambulantibus dictum est : « Post te in odorem unguentorum tuorum curremus, » secundum illud : « Cursum consummavi; » II *Tim.* IV, 7; et illud : «Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt ; unus autem accipit bravium. » I *Cor.* IX, 24. Bravium Christus est et hæ quidem adolescentulæ, quas propter amoris exordium foris stare cognoscimus, juxta illud exemplum : « Amicus autem sponsi stans et audiens eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi,» *Joan.* III, 29, tale quiddam sustinent. Introeunte sponso, forinsecus remanent ; sponsa vero speciosa, perfecta, sine macula, sine ruga, in sponsi cubiculum, in regium penetrale ingressa, revertitur ad juvenculas, et nuntiat eis, quæ sola conspexerit dicitque.

« Introduxit me rex in cubiculum suum. » Non ait : Introduxit nos plures in cubiculum suum. Plures foris remanent; in cubiculum sola ingreditur sponsa, ut videat thesauros tenebrosos et absconditos, renuntietque juvenculis : « Introduxit me rex in cubiculum suum.» Rursus adolescentulæ, id est, sponsarum incipientium turba quamplurima, ingressa sponsa cubiculum sponsi, et vidente divitias viri sui, dum illius præstolantur adventum, læte concinnunt : « Exsultabimus et lætabimur in te. » Pro sponsæ perfectione lætantur (*Al. lætamur.*) Non est æmulatio in vir-

serons pleines d'allégresse et nous nous réjouirons en vous; nous aimerons votre sein. » Celle qui nous est supérieure se nourrit déjà du lait des mamelles divines, et s'écrie avec enthousiasme : « Votre lait est meilleur que le vin. » Celles-ci, qui attendent la même allégresse et la même joie, parce qu'elles sont jeunes vierges encore, portent la grâce et disent : « Nous serons pleines d'allégresse et nous nous réjouirons en vous. » Nous aimerons, et non pas nous aimons; nous aimerons vos mamelles plus que le meilleur vin. Elles s'adressent ensuite à l'épouse : « La Justice vous a aimée. » Elles louent l'épouse, lui appliquant le nom de Justice à cause de ses vertus : « La Justice vous a aimée. » A son tour, l'épouse répond à ses compagnes :

« Je suis noire, filles de Jérusalem, mais belle comme les tentes de Cédar, comme les fourrures de Salomon. Ne vous étonnez pas de ce que je suis devenue noire, puisque le soleil m'a regardée. » Elle est vraiment belle, et j'expliquerais facilement comment elle est belle. Mais nous nous demandons comment, étant noire, elle peut être belle sans la blancheur. Elle a fait pénitence de ses péchés, et sa conversion lui a donné la beauté; aussi chante-t-elle cette beauté. Parce qu'elle n'est pas délivrée de toute trace de ses péchés, ne s'étant point encore lavée dans le salut, elle dit : « Je suis noire; » mais elle ne garde pas cette noirceur. Elle devient blanche, quand elle s'élève vers de plus grandes choses, quand elle commence à monter vers les divines hauteurs, et c'est d'elle qu'il est dit alors : « Quelle est celle-ci, qui monte vêtue de blanc? » *Cant.* VIII, 5? Et afin que le mystère de sa perfection s'explique avec plus d'évidence, le texte ne dit pas, comme le rapportent la plupart des manuscrits : « Appuyée, ἐπιστηριζομένη, sur son fiancé, mais reposant sur le sein de son fiancé, ἐπιστηθιζομένη. » Et cette expression : « Reposant sur le sein, » à propos de l'âme-épouse, est significative, parce que là réside la partie principale de notre cœur. Eloignons-nous ici des images de la chair; nous devons goûter les choses spirituelles, et comprendre qu'il est bien plus doux d'aimer ainsi que de cesser d'aimer. Oui, elle monte, reposant sur le sein de son bien-aimé, et si le commencement du Cantique nous dit qu'elle est noire, on chante d'elle à la fin de l'épithalame : « Quelle est celle-ci, qui monte vêtue de blanc? » Nous avons compris comment l'épouse est noire et comment elle est belle. C'est pourquoi vous-même, si vous ne faites pas pénitence, prenez garde qu'on ne dise de votre âme qu'elle est noire et souillée, et que vous ne soyez couvert de cette double honte : noire à cause de ses péchés passés; souillée, parce que vous persévérez dans les mêmes vices. Au contraire, si vous faites pénitence, votre âme sera noire à cause des fautes d'autrefois; mais à cause de votre repen-

tutibus. Amor iste mundus, amor iste sine vitio est. « Exsultabimus et lætabimur in te; diligemus ubera tua. » Illa quæ major est, jam tuorum uberum lacte perfruitur, et loquitur exsultans : « Bona ubera tua super vinum. » Istæ vero quæ exsultationem et lætitiam deferunt, adolescentulæ quippe sunt, deferunt charitatem, et dicunt : « Exsultabimus et lætabimur in te. » Diligemus, non diligimus; sed diligemus ubera tua super vinum. Deinde loquuntur ad sponsam : « Æquitas dilexit te. » Laudant sponsam, nomen illi æquitatis a propriis virtutibus imponentes: « Æquitas dilexit te. » Rursum ad adolescentulas sponsa respondet :

« Nigra sum, et speciosa, filiæ Jerusalem, ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis. Ne intueamini me, quia ego sum denigrata quoniam despexit me sol. » Speciosa quidem est, et possum invenire quomodo speciosa sit sponsa. Quærimus autem, quomodo nigra, et sine candore sit pulchra. Pœnitentiam egit a peccatis, speciem ei largita est conversio (al. *conversatio*); et ideo speciosa cantatur. Quia vero necdum omni peccatorum sorde purgata, necdum lota est in salute, nigra dicitur; sed in atro colore non permanet. Fit itaque candida, quando ad majora consurgit, et ab humilibus incipit ad alta conscendere, diciturque de ea : « Quæ est ista, quæ ascendit dealbata ? » *Cant.* VIII, 5. Et quo manifestius mysterium perfectæ describatur, non ait, ut in plerisque codicibus legitur : « Innixa super fratruelem suum, id est, ἐπιστηριζομένη; sed ἐπιστηθιζομένη, id est super pectus ejus recumbens. » Significanterque de anima sponsæ et sermone dicitur, « super pectus illius recumbens, » quia principale ibi cordis est nostri. Unde a carnalibus recedentes spiritalia sentire debemus, et intelligere multo melius esse sic amare, quam amare desistere. Ascendit igitur recumbens super pectus fratruelis sui, et quæ nunc in exordio Cantici nigra ponitur, in epithalamii fine de ea cantatur : « Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? » Intelleximus quomodo et nigra, et formosa sit sponsa. Si autem et tu non egeris pœnitentiam, cave ne anima tua nigra dicatur et turpis, et duplici fœditate turperis; nigra propter peccata præterita, turpis propter hoc quia in eisdem vitiis perseveras. Si vero pœnitentiam egeris, nigra erit anima tua propter antiqua delicta;

tir elle aura une sorte de beauté que j'appellerai éthiopienne. Et puisque j'ai prononcé le mot d'éthiopien, je veux invoquer le témoignage de l'Ecriture à cet égard. Aaron et Marie murmurent de ce que Moïse a pris une épouse éthiopienne. *Num.* XII, 1. Et le nouveau Moïse prend aussi une épouse éthiopienne, puisque sa loi est passée à notre Eglise. Qu'Aaron, le sacerdoce des Juifs, murmure, et que Marie, leur synagogue, murmure; Moïse n'a nul souci de leur plainte; il aime son éthiopienne, dont il est dit ailleurs par la voix du Prophète : « Des fleuves de l'Ethiopie ils m'apporteront leurs offrandes; » *Sophon.* III, 10; et encore : « L'Ethiopie devancera les mains d'Israël auprès de Dieu. » *Psalm.* LVII, 32. Devancera est bien le mot. Comme dans l'Evangile la femme qui avait un flux de sang devance dans la guérison la fille du chef de la synagogue, *Matth.* IX, *Marc.* V, et *Luc.* VIII, ainsi l'Ethiopie a obtenu sa guérison, quand Israël est encore malade. Le crime d'Israël a enfanté le salut des Gentils pour donner de l'émulation à Israël. « Je suis noire, mais belle, filles de Jérusalem. » Et toi aussi, âme qui appartiens à l'Eglise, adresse tes paroles aux filles de Jérusalem pour leur dire : L'époux m'aime, me chérit plus que vous, ô nombreuses filles d'Israël. Vous demeurez à la porte, et vous voyez l'épouse entrer dans la chambre nuptiale. Nul doute pour personne : c'est la noire qui a été appelée, c'est la noire qui est belle. Qui sommes-nous pour avoir mérité de connaître Dieu, de publier le Cantique des cantiques, de venir du fond de l'Ethiopie et des extrémités de la terre pour entendre la sagesse du vrai Salomon? Et quand la voix du Sauveur fait éclater ces mots comme un tonnerre : « La reine du Midi s'élèvera au jour du jugement contre cette génération et la condamnera, car elle vint des extrémités de la terre écouter la sagesse de Salomon, et il y a ici plus que Salomon, » *Matth.* XII, 42, et *Luc.* XI, 31, pénétrez le sens mystique du texte sacré. La reine du Midi qui vient des extrémités de la terre, c'est l'Eglise; elle condamne les hommes de cette génération, c'est-à-dire les Juifs esclaves de la chair et du sang. Elle est venne des extrémités de la terre écouter la sagesse de Salomon, non pas de celui qui est célébré dans l'Ancien Testament, mais de celui qui dans l'Evangile est plus grand que Salomon. « Je suis noire, mais belle, filles de Jérusalem, noire comme les tentes de Cédar, belle comme les tapis de Salomon. » Elle justifie l'une et l'autre comparaison : Je suis noire et belle, filles de Jérusalem (*Al.* d'Israël), comme les tentes de Cédar, comme les fourrures de Salomon. Les noms mêmes s'appliquent bien au genre de beauté de l'épouse. Les Hébreux disent que *Cédar* signifie *ténèbres*. Donc, je suis noire comme les tentes de Cédar, comme les Ethiopiens; belle comme les tapis de Salomon, qu'il fit faire jadis pour l'or-

propter pœnitentiam vero habebit aliquid, ut ita dicam, Æthopici decoris. Et quia semel Æthiopem nominavi, volo testem Scripturam super hunc (al. *hoc*) advocare sermonem. Aaron et Maria murmurant, quia Moyses Æthiopissam habet uxorem. Et, *Num.* XIII, 1, nunc Moyses æthiopissam ducit uxorem. Siquidem lex ejus ad hanc nostram Æthiopissam transmigravit. Murmuret Aaron, sacerdotium Judæorum; murmuret et Maria, Synagoga eorum; Moyses de murmuratione non curat; amat Æthiopissam suam, de qua et alibi dicitur per prophetam : « Ab extremis fluminum Æthiopiæ afferent hostias; » *Sophon.* III, 10; et rursum : « Æthiopia præveniet manus ejus Deo. » *Ps.* LXVII, 32. Pulchre præveniet. Quomodo enim in Evangelio mulier illa quæ sanguine fluebat, archisynagogi filiam curatione prævenit: *Matth.* IX, *Marc.* V, et *Luc.* VIII : sic Æthiopia, Israel ægrotante, sanata est. Illorum delicto, salus gentibus facta est, ad æmulandum eos. » Nigra sum, et speciosa, filiæ Jerusalem. » Et tu ecclesiastica anima ad filias Jerusalem converte sermonem, et dic : Me plus amat sponsus, me magis diligit, quam vos, quæ multæ filiæ Israel. Vos foris statis, et sponsam cubiculum videtis intrantem. Nemo dubitet nigram vocatam, nigram esse formosam. Qui nos sumus, ut cognoscamus Deum, ut Cantica Cantici prædicemus, ut ab Æthiopiæ finibus, ut ab extremo terræ veniremus, sapientiam veri audire Salomonis? Et quando Salvatoris vox intonantis auditur : « Regina austri veniet in judicium, et condemnabit homines generationis hujus, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic; » *Matt.* XII, 42, *et Luc.* XI, 31 ; audi mystica quæ dicuntur. Regina Austri venit a finibus terræ, Ecclesia; et condemnat homines generationis hujus, id est, Judæos carni et sanguini deditos. Venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, non illius qui in testamento veteri prædicatur, sed hujus qui in Evangelio Salomone major est. « Nigra sum, et speciosa, filiæ Jerusalem, » nigra velut tabernacula Cedar, speciosa ut pelles Salomonis. Nam ad utrumque respondit: Nigra sum et speciosa, filiæ Jerusalem (al. *Israel*), ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis. Ipsa quoque nomina cum sponsæ decore conveniunt. Aiunt Hebræi « Cedar » interpretrati « tenebras. » Nigra sum ergo, ut tabernacula Cedar, ut Æthiopes; speciosa, ut pelles Salo-

nement du tabernacle, quand il consacra tant de soins et de travaux à l'édification du temple. Salomon était riche, en effet, et nul ne fut son égal en aucune sorte de sagesse. Je suis noire et belle, filles de Jérusalem, comme une de ces choses, ou les tentes de Cédar, ou les fourrures de Salomon. Ne vous étonnez pas de ce que je suis devenue noire. Elle va se dépouiller de sa noirceur, et maintenant que la pénitence l'a convertie au bien, elle annonce aux filles de Jérusalem qu'elle est noire à la vérité, mais belle, ainsi que nous venons de l'expliquer; puis elle ajoute : Ne vous étonnez pas de ce que je suis devenue noire. Quoi de surprenant à cela? dit-elle; le soleil m'a touchée, sa lumière a brillé sur moi à pleins rayons, et sa chaleur m'a brûlée, parce que je n'ai pas reçu ses clartés comme il convenait, comme le demandait la dignité du soleil. Vous le voyez : du crime d'Israël est né le salut des nations, et de l'incrédulité des nations, la science d'Israël. L'Apôtre explique l'une et l'autre de ces vérités.

« Les fils de ma mère ont combattu contre moi. » Il faut examiner pourquoi l'épouse dit : « Les fils de ma mère ont combattu contre moi. » et quand ce combat des frères s'élève contre elle. Regardez Paul persécuteur de l'Eglise, et vous comprendrez comment le fils de sa mère combattit contre elle. Les persécuteurs de l'Eglise firent pénitence, et ses adversaires se rangeant de nouveau sous les étendards de leur sœur, prêchèrent la foi, qu'ils détruisaient auparavant. C'est ce que chante ici l'épouse sous l'inspiration du souffle prophétique: « Ils ont combattu contre moi, ils m'ont confié la garde des vignes; je n'ai pas gardé ma vigne.» Moi l'Eglise, moi l'épouse, moi sans tache, j'ai été placée à la garde d'un grand nombre de vignes par les fils de ma mère, qui avaient combattu quelque temps contre moi. Distraite par cette sollicitude et ce soin, pendant que je gardais plusieurs vignes, je n'ai pas conservé ma vigne. Entendez cela de Paul et de tout autre saint, qui soit inquiet du salut de tous; et vous verrez comment ne gardant pas sa vigne, il veille sur les vignobles d'autrui, et comment encore, pour faire le gain d'autrui, il encourt certaines pertes pour lui-même. Il était libre à l'égard de tous, et volontairement il s'est rendu serviteur de tous, pour en gagner un plus grand nombre: « Il s'est fait faible avec les faibles, Juif avec les Juifs; il a vécu avec ceux qui étaient sous la Loi, comme s'il eût encore été sous la Loi,» I *Corinth.* IX, 20, 21. 22, et le reste; il peut dire: « Je n'ai point gardé ma vigne. » L'épouse cherche ensuite l'époux qui s'est retiré de sa présence. Et fréquemment dans le cours du livre elle fait des choses qu'on ne peut comprendre à moins de les éprouver soi-même. Souvent, Dieu m'en est témoin, j'ai

monis, quas eo tempore in tabernaculi ornamento composuit, quando templum summo studio et labore fabricatus est. Dives quippe Salomon, et in omni sapientia illius nemo præcessit illum. Sicut unum horum nigra sum, et speciosa, filiæ Jerusalem, ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis. Ne intueamini me, quia ego sum denigrata. Satisfecit de nigrore suo, et per pœnitentiam ad meliora conversa, annuntiat se filiabus Jerusalem (al. *Israel*) nigram quidem esse, sed pulchram, secundum quod superius exposuimus, et dicit : Ne intueamini me, quia ego sum denigrata. Ne, inquit, admiremini coloris esse me tetri : sol despexit me, pleno quippe radio in me luminis sui fulgor illuxit, et (al. *ut*) ejus sum (al. *sim*) calore fuscata. Neque enim, ut decuerat, ut solis dignitas expetebat, illius in me lumen accepi. Delicto eorum salus gentibus facta est, et rursum incredulitate gentium, scientia Israel. Habes utrumque apud Apostolum.

« Filii matris meæ pugnaverunt adversum me. » Considerandum quomodo sponsa dicat : « Filii matris meæ pugnaverunt adversum me, » et quando adversus eam fratrum pugna surrexit. Vide Paulum Ecclesiæ persecutorem, et intelliges quomodo filius matris ejus pugnaverit adversus eam. Persecutores Ecclesiæ egerunt pœnitentiam, et adversarii ejus rursum ad sororis signa conversi, prædicaverunt fidem, quam ante destruebant. Hoc prophetico spiritu sponsa nunc cantans, ait : « Dimicaverunt in me, posuerunt me custodem in vineis; vineam meam non custodivi. » Ego Ecclesia, ego sponsa, ego sine macula, plurimarum custos sum posita vinearum a filiis matris meæ, qui contra me aliquando pugnaverant. Qua sollicitudine curaque districta (al. *distracta*), dum plures custodio vineas, vineam meam non servavi. Intellige mihi hoc de Paulo et alio quocumque sanctorum, qui pro omnium sit salute sollicitus; et videbis quomodo vineam suam non custodiens, aliorum vineta custodiat; quomodo etiam, ut alios lucrifaciat, ipse in quibusdam damna sustineat. Et cum fuerit liber ex omnibus, seipsum servum fecit, ut omnes lucrifaceret : « Factus infirmus infirmis, Judæis Judæus; his qui sub Lege erant, quasi sub Lege. » I *Cor.* IX, 20, 21, 22, et cætera; dicatque : « Vineam meam non custodivi. » Deinde conspicit sponsum, qui conspectus abscessit. Et frequenter hoc in toto carmine

vu l'époux venir à moi, et demeurer longtemps avec moi; mais s'il s'éloignait soudain, je ne trouvais plus l'objet de mes désirs. Je désire donc de nouveau sa venue, et parfois il vient de nouveau; puis, après m'être apparu, après que mes mains l'ont touché, il m'échappe encore; quand il m'a quitté, je le cherche de nouveau; et mon âme agit ainsi maintes fois, jusqu'à ce qu'elle le possède sans retour, et qu'elle s'élève appuyée sur son fiancé.

Saronas, *Act.* IX, quod interpretatur *campestris*, regio est Cæsareæ Palæstinæ, usque ad oppidum Joppe pertingens. Et est hodie locus pascendis gregibus aptus : quæ juxta soli qualitatem, Petro prædicante, fidei continuo fructus germinavit. Sed et inter montem Thabor et stagnum Tyberiadis, regio Saronas appellatur.

Sidon, *Act.* XXVII, urbs Phœnices insignis, olim terminus Chananæorum ad aquilonem, juxta Libani montis ortum sita, et ipsa artifex vitri.

Seleucia, *Act.* XIII, civitas Syriæ nobilis, in promontorio Syriæ Antiochiæ sita.

Salamis, *Act.* XIII, civitas in Cypro insula, nunc Constantia dicta, quam Trajani principis tempore, Judæi interfectis omnibus accolis deleverunt.

Samothracia, *Act.* XVI, insula in Pacasiaco sinu.

Syria, *Act.* XX, quæ Hebraice Aram dicitur, regio est inter flumen Euphraten et mare magnum usque ad Ægyptum pertingens; habet maximas provincias, Comagenam, Phœniciam, et Palæstinam absque Saracenis et Nabathæis, quorum gentes sunt duodecim.

Samos, *Act.* XX, insula in mari Ægæo, in qua reperta prius fictilia vasa traduntur : unde et vasa Samia appellata sunt.

Smyrne, *Act.* I, II, ville de la province de Lycie en Asie. Saint Luc en parle ainsi : « Et naviguant sur la mer de Cilicie et de Pamphylie, nous arrivâmes à Smyrne dans la Lycie. » Au lieu de cela, quelques mms. portent : « Nous arrivâmes à Lystra qui est en Cilicie. » Mais Jérôme, dans le livre des noms hébreux, met Smyrne, qu'il interprète par *amère*.

Salmon, *Act.* XXVII, cité maritime de l'île de Crète.

Syrtes (les), *Act.* XXVII, bancs de sable de la grande mer des plus dangereux et des plus redoutables, en ce qu'ils entraînent tout dans leur tourbillon et que ceux qui les approchent se perdent dans une mer pleine d'écueils. Les Syrtes sont voisines de la mer d'Egypte, avec laquelle on les confond.

Syracuse, *Act.* XXVIII, métropole de la Sicile, auprès du promontoire de Pachynum. La Sicile en effet se distingue par ses trois promontoires, et appelée d'abord Trinacrie à cause de sa forme triangulaire, c'est du roi Siculus qu'elle prit plus tard le nom qu'elle porte. Le premier promontoire porte le nom de Pelore, et regarde l'aquilon; la ville de Messane est dans son voisinage, et c'est le cap Cénus qui est en face de lui, du côté de l'Italie, à douze stades d'intervalle. Le second porte le nom de Pachynum; il est tourné vers l'Euronotus (le sud-est). Le troisième s'appelle Lilybée et porte une ville du même nom; il se dirige vers le couchant.

T

Tarse, *Act.* XXII, ville métropole de la province de Cilicie, célèbre par l'apostolat de Paul.

Tyr, *Act.* XXI, métropole de la Phénicie dans la tribu de Nephthali, distante à peu près de vingt milles de Césarée de Philippe. Elle était jadis une île en pleine mer, à sept cents pas du littoral, mais Alexandre la rattacha au continent en comblant ce détroit peu spacieux par une digue énorme, afin de s'en emparer. Elle doit sa plus grande célébrité au coquillage qui fournit la pourpre.

Troie, *Act.* XX, ville maritime d'Asie, appelée aussi Antigonia.

Thyatira, *Act.* XVI, ville de Lydie, qui est une province d'Asie. Elle était autrefois fameuse par son temple d'Esculape. C'est là qu'habitait cette Lydia πορφυρόπωλις, c'est-à-dire, *vendeuse de pourpre*, qui reçut la foi de Jésus-Christ à Philippes.

Thessalonique, *Act.* XVI, cité de la Macédoine.

Théâtre, *Act.* XIX, lieu qui tire son nom de spectacle, parce que le peuple s'y rangeait dessus en spectateur pour voir les jeux de la scène.

Smyrna, *Act.* I, II, civitas Lyciæ provinciæ in Asia : cujus Lucas ita meminit : « Et pelagus Ciliciæ et Pamphyliæ navigantes venimus in Smyrnam Lyciæ. » Pro quo aliqui codices habent : « Venimus in Lystram, quæ est in Cilicia. » Porro Hieronymus in libris Hebræorum nominum ponit Smyrnam, et interpretatur, *amaram*.

Salmon, *Act.* XXVII, civitas maritima Cretæ insulæ.

Syrtes, *Act.* XXVII, arenosa in mari magno loca multum terribilia et metuenda, eo quod ad se omnia diripere soleant, et appropinquantes (al. *appropinquanti*) vadoso mari hæreant. Hæ autem ad mare Ægyptium vicinæ sunt, et pariter admiscentur.

Syracusa, *Act.* XXVIII, metropolis Siciliæ, sub promontorio Pachyno : siquidem Sicilia ipsa tribus est distincta promontoriis : unde et a trianguli specie, Trinacria quondam vocata, mox a Siculo rege Sicilia dicta est. Primum promontiorum dicitur Pelorum, et spectat ad aquilonem : cui Messana civitas proxima est : et adversum ex Italia dictum est promontorium Cenus, duodecim stadiorum intervallo. Secundum dicitur Pachynum, quod respicit ad Euronotum. Tertium appellatur Lilybæum, civitatem ejusdem nominis habens, et dirigitur in occasum.

T

Tarsus, *Act.* XXII, civitas metropolis Ciliciæ provinciæ, Paulo Apostolo gloriosa.

Tyrus, *Act.* XXI, metropolis Phœnices in tribu Nephthalim, vicesimo prope milliario a Cæsaria Philippi. Hæc quondam insula fuit præalto mari, septingentis passibus divisa : sed ab Alexandro terra continens facta est, propter expugnationem, multis in brevi freto aggeribus comportatis: cujus maxime nobilitas conchylio atque purpura constat.

Troas, *Act.* XX, civitas Asiæ maritima, eadem Antigonia dicta.

Thyatira, *Act.* XVI, civitas Lydiæ, quæ est provincia Asiæ, templo quondam Æsculapii famosa : cujus civis erat illa Lydia πορφυρόπωλις, id est, *purpuræ venditrix* quæ in Philippis fidem Christi suscepit.

Thessalonica, *Act.* XVI, civitas Macedoniæ.

Theatrum, *Act.* XIX, locus a spectaculo vocabulum mutuans, quod in eo populus stans desuper atque spectans, ludos scenicos contemplaretur.

Suit immédiatement dans mon ms. une explication de l'alphabet hébreu, qui mérite d'être lue et qui est extraite en majeure partie de saint Jérôme; puis une exposition des dix noms de Dieu par un certain Juif appelé Siméon. J'ai cru opportun de rapporter ici ce document, d'autant plus que ces deux écrits et une autre explication un peu plus longue des dix mêmes noms, éditée sans aucun soin par Martianay dans le tome V, doivent paraître en cet endroit, afin qu'il soit complet; le caractère de ces compositions, et l'ordre que nous avons adopté pour l'arrangement de de cette collection, le demandent.

INTERPRÉTATION DE L'ALPHABET HÉBREU.

א Alef, mille, ou *doctrine.*

ב Beth, *maison.*

ג Gimel (*ailleurs*, Gemel), rétribution, ou *plénitude.*

ד Daled (*ailleurs*, Deled), pauvre, ou *tableaux*, ou porte.

ה Hé, elle-même, ou *celle-là*, ou recevant.

ו Vau, *et*, lui-même, ou celle-ci.

ז Zaïn (*ailleurs*, Zaï), olive, ou fornication, ou *celle-ci.*

ח Heth, *vie*, ou vivacité.

ת Theth, *bien.*

י Jod (*ailleurs*, Joth), science, ou *commencement*, ou dominateur.

כ Chaf, *main*, paume, ou creux de la main.

ל Lamed, doctrine, ou *discipline.*

מ Mem, duquel, ou d'*eux-mêmes*, ou eau.

נ Nun, fœtus, ou poisson, ou *ce qui est* éternel.

ס Samech, firmament, quoique certains interprètent par érection, ou *secours*, ou appui.

ע Aïn, *source*, ou *œil.*

פ Pé ou Fé, *bouche*, ou lacet, ou piége.

צ Zadi (*ailleurs*, Sadé), région, ou *justice.*

ק Cof, *vocation.*

ר Res, *tête.*

ש Sin, *dents.*

ת Thaf, *signe*, ou...

HEBRAICI ALPHABETI INTERPRETATIO.

א Alef, mille, vel *doctrina.*

ב Beth, *domus.*

ג Gimel (al. *Gemel*), retributio, vel *plenitudo.*

ד Daled (al. *Deled*), pauper, vel *tabulæ*, sive janua.

ה He, ipsa, vel *ista*, sive suscipiens.

ו Vau, *et*, ipse, sive hæc.

ז Zain (al. *Zai*), oliva, vel fornicatio, *hæc.*

ח Heth, *vita*, vel vivacitas.

ט Theth, *bonum.*

י Jod (al. *Joth*), scientia, vel *principium*, aut dominator.

כ Chaf (al. *Caph*), *manus*, palma, vel vola.

ל Lamed, doctrina, sive *disciplina.*

מ Mem, ex quo, vel *ex ipsis*, sive aqua.

נ Nun, fetus, vel piscis, sive *sempiternum.*

ס Samech, firmamentum, licet quidam erectionem, vel *adjutorium*, sive fulturam putant.

ע Ain, *fons*, sive *oculus.*

פ Pe, imo Fe, *os ab ore non ab osse*, sive laqueus, vel decipula.

צ Zadi (al. *Sade*), regio, sive *justitia.*

ק Cof, *vocatio.*

ר Res, *caput.*

ש Sin, *dentes.*

ת Thaf, *signum*, vel...

EXPOSITION DES DIX NOMS DE DIEU

PAR LE JUIF SIMÉON.

Sabaoth, c'est-à-dire, Seigneur des vertus, Seigneur des milices, Seigneur qui est maître de tout.

Eloy, Dieu.

Saddech, Juste.

Adonaï, Seigneur.

El, Fort.

Elyon, Très-Haut.

Conéacol, Tout-Puissant.

Aïa, Celui qui était et qui sera.

Barucabba, Père béni.

Baruc, Béni.

SYMEONIS JUDEI DECEM DEI NOMINUM EXPOSITIO.

Sabaoth, id est, Dominus virtutum, Dominus militiarum, Dominus omnia tenens.

Eloy, Deus.

Saddech, Justus.

Adonai, Dominus.

El, Fortis.

Elyon, Excelsus.

Coneacol, Omnipotens.

Aia, Qui erat, et qui erit.

Barucabba, Benedictus pater.

Baruc, Benedictus.

DE

DIEU ET DE SES NOMS

Saint Jérôme, auteur des plus érudits et versé dans plusieurs langues, traduisit le premier en latin l'explication des noms hébreux. Pour plus de brièveté il en a omis plusieurs; je me suis appliqué à en intercaler certains dans son ouvrage avec leur explication, qui indique suffisamment comment il faut les entendre. En tête, j'ai placé les dix noms que Dieu porte chez les Hébreux.

Le premier nom de Dieu chez les Hébreux est El, que les uns rendent par *Dieu*, et les autres, exprimant son étymologie, par Schiros (*lisez* Ἰσχυρὸς), c'est-à-dire *fort*, parce qu'il n'est sujet à aucune infirmité, qu'il est fort et se suffit pour tout faire. Le second nom est Eloïm et le troisième Eloé, qui répondent l'un et l'autre au mot latin *Dieu*. C'est une traduction latine de l'appellation grecque, car Dieu, en grec Théos, signifie fébos (*lisez* φόβος), c'est-à-dire *crainte*. D'où l'on a tiré Dieu, parce qu'il inspire la crainte à ceux qui l'adorent. Dieu est à proprement parler le nom de la Trinité et il convient au Père, et au Fils, et au Saint-Esprit. A la Trinité aussi se rapportent les autres qualités contenues dans les noms du Seigneur.

Le quatrième nom est Sabaoth, qui se traduit en latin par *des armées*. En effet, c'est dans cet arrangement que sont un grand nombre de Vertus, comme les Anges, les Archanges, les Principautés, les Puissances, et tous les corps de la milice céleste, dont il est néanmoins le Seigneur, puisqu'ils sont tous au-dessous de lui et soumis à ses ordres.

Elyon, le cinquième nom, signifie *Très-Haut*, parce qu'il est au-dessus des cieux, ainsi qu'il est écrit de lui : « La gloire du Seigneur très-haut, parce qu'il est au-dessus des cieux. » *Excelsus* (en latin) se dit pour *valde celsus*, comme *eximius* pour *valde eminens*.

Le sixième nom est Ehéïé, c'est-à-dire, *qui est*; Dieu seul en effet, parce qu'il est éternel, c'est-à-dire, parce qu'il n'a pas eu de commencement, mérite vraiment le nom d'Etre par excellence. Ce nom fut révélé à Moïse par un ange. Comme il demandait le nom de Celui qui lui ordonnait

DE DEO ET NOMINIBUS EJUS.

Beatissimus Hieronymus, vir eruditissimus et multarum linguarum peritus, Hebræorum Nominum interpretationem primus in Latinam linguam convertit, ex quibus pro brevitate prætermissis multis, quædam huic operi adjectis interpretationibus interponere studui, vocabulorum enim expositio satis indicat, quid, velint intelligi. In principio autem decem nomina ponimus, quibus apud Hebræos Deus vocatur.

Primum apud Hebræos Dei nomen El, dicitur, quod alii *Deum*, alii etymologiam ejus exprimentes, Schiros, (Leg. Ἰσχυρός), id est, *fortem* interpretati sunt : eo quod nulla infirmitate opprimitur, sed fortis est, et sufficiens ad omnia perpetranda. Secundum nomen, Eloim. Tertium, Eloe. Quod utrumque in Latinum *Deus* dicitur. Est autem in Latinum ex Græca appellatione translatum, nam Deus Græce Theos, febos (Lege φόβος) dicitur, id est, *timor*. Unde tractum est Deus, quod eum colentibus sit timor. Deus autem proprie nomen est Trinitatis pertinens ad Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Ad quam Trinitatem etiam reliqua, quæ in Domino intra sunt posita vocabula referunt.

Quartum nomen dicitur, Sabaoth, quod vertitur in Latinum, *exercituum*. Sunt enim in hujusmodi ordinatione Virtutes multæ, ut Angeli, Archangeli, Principatus, et Potestates, cunctique cœlestis militiæ ordines, quorum tamen ille Dominus est: omnes enim sub ipso sunt, ejusque dominatui subjacent.

Quintum, Elyon, quod interpretatur *excelsus*, quia super cœlos est, sicut scriptum est de eo : « Excelsus Dominus supra cœlos gloria ejus. » Excelsus autem dicitur, pro valde celsus, sicut eximius, quasi valde eminens.

Sextum, Eheie, id est, *qui est* : Deus enim solus quia æternus est, hoc est, quia exordium non habet, essentium nomen vere tenet. Hoc enim nomen ad sanctum Moysen per Angelum est delatum; quærenti

d'aller délivrer le peuple du joug des Egyptiens, il lui fut répondu : « Je suis Celui qui suis ; » et : « Tu diras aux enfants d'Israël : Celui qui est m'a envoyé vers vous, » indiquant ainsi qu'en comparaison de Dieu qui est vraiment, parce qu'il est immuable, tout ce qui a été fait sujet à changement n'est pas, en quelque sorte ; en effet, ce dont on dit qu'il fut, n'est plus, et ce dont on dit qu'il sera, n'est pas encore. Mais Dieu peut seulement être, et ne peut pas avoir été ou devoir être. Par conséquent, le Père seul avec le Fils et le Saint-Esprit est véritablement, et notre existence comparée à la sienne est la non-existence. De là vient que dans le langage nous disons : Dieu vit, parce que cette essence vit de la vie, qui est exempte de la mort.

Le septième nom est Adonaï, qu'on rend en général par *Seigneur*, parce qu'il domine sur toute créature, ou que toute créature est soumise à sa domination. Il est donc appelé Seigneur et Dieu, soit parce qu'il règne sur tous, soit parce qu'il est craint de tous.

Le huitième nom est Ia, qui se met seulement pour Dieu et qui résonne aussi dans la dernière syllabe d'*alléluia*.

Le neuvième est le Tétragrammate, c'est-à-dire de *quatre lettres*, qui s'emploie plus particulièrement en hébreu pour signifier Dieu. C'est Ia qui redoublé forme ce nom ineffable et glorieux de Dieu. On le qualifie d'ineffable, non point parce qu'il ne peut pas être énoncé, mais parce que la pensée et l'intelligence de l'homme ne peuvent en aucune manière le définir ; c'est pourquoi on ne peut dire rien qui soit digne de lui, parce qu'il est ineffable.

Saddaï, c'est-à-dire *Tout-Puissant*, est le dixième nom, et Dieu est ainsi appelé parce qu'il peut tout, mais en faisant ce qu'il veut, non en tolérant ce qu'il ne veut pas.

enim, quod est nomen ejus, qui eum pergere præcipiebat ad populum ex Ægypto liberandum, respondit : « Ego sum qui sum ; » et : « Dices filiis Israel : Qui est misit me ad vos, » tamquam in ejus comparationem qui vere est, quia incommutabilis est, ea quæ commutabilia facta sunt, quasi non sint : quod enim dicitur, fuit, non est ; et quod dicitur, erit, nondum est. Deus autem esse tantum novit, fuisse, futurum esse non novit. Solus autem Pater cum Filio et Spiritu sancto veraciter est, cujus essentiæ comparatum esse nostrum, non esse est. Unde et in colloquio dicimus, vivit Deus, quia essentia vita vivit, quam mors non habet.

Septimum, Adonai, quod generaliter interpretatur *Dominus*, quod dominetur creaturæ cunctæ, vel quod creatura omnis dominatui ejus deserviat. Dominus ergo dicitur et Deus, vel quod dominetur omnibus, vel quod timeatur a cunctis.

Octavum, Ia, quod in Deum tantum ponitur, quod etiam *alleluia* in novissima syllaba sonat.

Nonum, Tetra Grammaton, hoc est, *quatuor litterarum*, quod proprie apud Hebræos in Deo ponitur, id est duabus ia, quæ duplicita ineffabile illud et gloriosum Dei nomen efficiunt : dicitur autem ineffabilis, non quia dici non potest, sed quia finiri sensu et intellectu humano nullatenus potest, ideo nihil de eo digne dici potest, quia ineffabilis est.

Decimum, Saddai, id est, *omnipotens* vocatur ; vocatur autem omnipotens, quia omnia potest, sed faciendo quod vult, non patiendo quod non vult.

AVERTISSEMENT

SUR L'OPUSCULE QUI SUIT.

C'est moins à saint Jérôme qu'à saint Augustin que cet opuscule sur les *Bénédictions de Jacob* est attribué, soit dans les manuscrits, soit souvent dans les livres imprimés. Sans nul doute, il est directement extrait des *Questions sur la Genèse* de l'un et de l'autre de ces Pères. Et d'abord, l'exposition historique est prise presque mot à mot de Jérôme, sauf qu'il s'y mêle quelques expressions d'Augustin; quant à l'explication allégorique, comme le font remarquer les Bénédictins dans leur excellente édition des œuvres de l'évêque d'Hippone, on la trouve dans saint Grégoire dans le livre des *Morales* sur Job. Pour ce qui est de cet ouvrage, il est, tout le monde en convient, une compilation d'Alcuin, sous le nom duquel il a paru également dans ses Œuvres; quoique, ainsi que les Bénédictins le disent encore, l'une et l'autre exposition, mais confondues et sauf quelques mots changés, se trouve dans le troisième livre des *Commentaires sur la Genèse*, qui furent autrefois faussement attribués à Eucher de Lyon, et publiés dans la Bibliothèque des Pères. En outre, nous rencontrons un autre exemplaire de cette exposition, lequel a été donné par Martianay dans le tome V des Œuvres de saint Jérôme, qui contient les écrits qu'on lui attribue; il a pour titre : *Bénédictions relatives aux fils de Jacob*, est précédée d'une courte préface, et dans sa dernière partie extrait mot à mot des Œuvres du saint Docteur. Nous qui transcrivons en premier lieu l'exemplaire tiré de l'édition de saint Augustin annotée par les Bénédictins, et qui la joignons pour la première fois aux écrits attribués à saint Jérôme, nous avons pensé qu'il fallait aussi rapporter ici l'autre exemplaire, afin de ne rien laisser dont le lecteur érudit ou non érudit pût regretter l'absence.

SUR LES
BÉNÉDICTIONS DU PATRIARCHE JACOB.

Comment faut-il entendre les bénédictions que le patriarche Jacob prononça sur ses fils? Est-ce historiquement ou allégoriquement qu'il faut les comprendre, quand il dit : « Rassemblez-vous, fils de Jacob, afin que je vous annonce ce qui doit arriver dans la suite des temps? » *Genes.* XLIX, 2. Ces paroles sont-elles plus allégoriques qu'historiques? Il y a de l'un et de l'autre, histoire et allégorie : histoire quant au partage de la Terre promise, partage qui devait être suivi par leurs descendants; allégorie quant au Christ et à l'Eglise qui devait s'établir dans la suite des temps. Mais il faut d'abord poser les fondements de l'histoire, afin que le faîte de l'allégorie puisse couronner ce premier édifice.

« Ruben mon premier-né, tu devais être ma force, et tu fus le principe de ma douleur; toi qui aurais été le premier dans mes dons, le plus grand en puissance. Mais tu t'es répandu comme l'eau; tu ne croîtras pas, parce que tu es monté sur le lit de ton père et que tu as souillé sa couche. » *Genes.* XLIX, 3. Voici le sens : Tu es mon premier-né, l'aîné de ma famille, et tu devais, d'après l'ordre de la naissance, recevoir en héritage le sacerdoce et le règne, qui reviennent de droit aux premiers-nés. Cette primauté se démontre en soutenant un tel honneur (*lisez* fardeau) avec une grande force d'âme. Mais parce que tu as péché et que ta force s'est répandue dans l'entraînement du plaisir, comme l'eau qu'un vase ne peut contenir, je t'enjoins de ne plus pécher dans la suite et de redescendre au rang de tes frères, pour expier ta faute, qui t'a fait perdre ton privilége de premier-né. En outre, tout premier-né est le commencement de la douleur, parce que pour lui s'émeuvent les entrailles de ses parents. « Siméon et Lévi, frères dont la guerre a fait des vases d'iniquité. Que mon âme n'entre point dans leur conseil, et que ma gloire ne soit point dans leur assemblée, parce qu'en leur fureur ils ont été homicides, et qu'ils ont volontairement détruit le rempart. Maudite leur fureur, parce qu'ils y ont persévéré, et leur indignation, parce qu'elle a été cruelle. Je les diviserai dans Jacob, et je les disperserai dans Israël. » *Genes.* LXIX, 3. Il veut dire qu'ils ont, contre sa

DE
BENEDICTIONIBUS JACOB PATRIARCHÆ.

Quid intelligendum est de benedictionibus, quibus Jacob patriarcha benedixit filios suos : an historice vel allegorice intelligendæ sint, dum dicit : « Congregamini, filii Jacob, ut annuntiem vobis quæ ventura sunt in novissimis diebus; » *Gen.* XLIX, 2; et si videtur ex his verbis magis allegoriam sonare quam historiam? Utrumque vero, et historiam et allegoriam : historiam de divisione terræ repromissionis, quæ divisione dividendæ erant nepotibus eorum; et allegoriam de Christo et de Ecclesia in novissimis temporibus futura. Sed prius historiæ fundamenta ponenda sunt, ut aptius allegoriæ culmen priori structuræ superponatur.

« Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, principium doloris mei : prior in donis, major imperio, Effusus es sicut aqua; non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, et maculasti stratum ejus. » *Gen.* XLIX, 3. Est autem sensus hic : Tu es primogenitus meus, major in liberis, et debebas, juxta ordinem nativitatis tuæ, hæreditatem, quæ primogenitis jure debebatur, sacerdotium accipere et regnum. Hoc quippe in portando honore (Lege *onere*) et prævalido robore demonstratur. Verum quia peccasti, et quasi aqua quæ quolibet vasculo non tenetur, voluptatis effusus es impetu : idcirco præcipio tibi, ut ultra non pecces, sisque in fratrum numero, pœnas peccati luens, quod primogeniti ordinem perdidisti. Principium autem doloris est omnis primogenitus, quia pro eo commoventur viscera parentum. « Simeon et Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia; in consilium eorum non veniat anima mea, et in cœtu illorum non sit gloria mea : quia in furore suo occiderunt virum, et in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax; et indignatio eorum, quia dura. Dividam eos in Jacob, et dispergam illos in Israel. » *Gen.* XLIX, 3. Significat autem non sui consilii fuisse,

volonté, mis à mort les habitants de Sichem et d'Emor, ses alliés, et qu'ils ont, contrairement au respect de la paix et de l'amitié, répandu un sang innocent, et, dans leur aveugle cruauté, par une sorte de fureur, renversé les murs d'une ville hospitalière. *Genes.* XXXIV. Aussi dit-il : « Maudite soit leur fureur où ils ont persévéré. » *Jos.* XXI, 20, et le reste. « Et je les disperserai dans Israël. » Lévi en effet ne reçut point d'héritage particulier, et n'obtint qu'un petit nombre de villes disséminées dans les autres tribus, pour y habiter. Quant à Siméon, il est écrit de lui dans le livre de Josué, *Jos.* XIX, 1, qu'il ne reçut point une part distincte, mais une petite place dans la tribu de Juda. « Juda, tes frères te loueront, et tes mains se poseront sur la tête de tes ennemis; les fils de ton père te vénéreront. Lionceau du lion de Juda, tu t'es élevé jusqu'à ta proie, mon fils, et dans ton repos, tu t'es couché sur elle comme le lion et comme la lionne. Qui le suscitera? » *Genes.* XLIX, 8. Puisque Juda signifie confession ou louange, c'est à bon droit qu'il est écrit de lui : « Tes frères te confesseront, » ou : « te loueront. » Quoiqu'il y ait là un grand mystère relatif au Christ, cependant au pied de la lettre ce passage signifie que les rois sortiront de la race de David, et que toutes les tribus lui obéiront. Il ne dit pas en effet : « Les fils de ta mère; » mais : « Les fils de ton père. » Ce qui suit : « Tu es monté jusqu'à ta proie, ô mon fils, » *Psalm.* LXVII, 19, montre qu'il conduira les peuples captifs, et, dans un sens plus mystique, qu'il est monté aux cieux, et qu'il y a conduit captive la captivité; *Ephes.* IV, 8; ou mieux encore, à mon avis, le mot captivité désigne la Passion, et le mot monter la Résurrection. « Attachant à la vigne son ânon, et à la souche son ânesse. » *Joan.* XII, 14. Parce que Jésus attacha le petit de l'ânesse sur laquelle il était assis, c'est-à-dire, le peuple des Gentils, à la vigne des Apôtres, qui étaient d'entre les Juifs; et qu'il lia l'ânesse qu'il montait à la souche, ou plutôt à la *souche d'élection*, puisque le mot hébreu est sorech, souche qui est l'Eglise universelle. Et par ces mots « mon fils, » il indique en Juda la figure de Jésus-Christ, qui doit accomplir toutes ces choses. Quand il ajoute : « Le sceptre ne sera pas enlevé de Juda et le commandement de ses flancs, jusqu'à ce que vienne celui qui doit être envoyé, et qui est lui-même l'attente des nations, » cela signifie qu'il y aura des princes de la tribu de Juda jusques au temps de la naissance du Christ, qui, envoyé par le Père, était désiré des nations. « Zabulon habitera sur le littoral de la mer, près des lieux où s'arrêtent les navires, et s'étendra jusqu'à Sidon. Isachar, âne plein de force établi dans ses limites, a reconnu que le repos est bon et que la terre est meilleure; et il a placé son épaule sous

quod Sichem et Emor fœderatos viros interfecerunt, et contra fas in pacis et amicitiarum tempore sanguinem fuderunt innocentem, et quasi quodam furore, sic crudelitate raptati, muros hospitæ urbis everterunt, *Gen.* XXXIV. Unde dicit : « Maledictus furor eorum quia pertinax, » *Josue* XXI, 20, et reliqua. « Et dispergam illos in Israel. » Levi enim hæreditatem propriam non accepit, sed in omnibus sceptris paucas urbes ad inhabitandum habuit. De Simeone vero in libro Jesu scriptum est, *Josue* XXI, 1, quod et ipse proprium funiculum non acceperit, sed de tribu Juda quidam acceperit. « Juda, te laudabunt fratres tui, manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum ; adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda, ad prædam, fili mi, ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, et quasi leæna. Quis suscitabit eum ? » *Gen.* XLIX, 8. Quia Juda confessio sive laus interpretatur, recte scribitur de Juda : « Confitebuntur tibi fratres, » vel : « laudabunt te. » Et licet de Christo grande mysterium sit, tamen secundum litteram significat, quod per David stirpem generarentur reges, et quod adorarent eum omnes tribus. Non enim ait : Filii matris tuæ ; sed, « filii patris tui. » Et quod sequitur : « Ad prædam, fili mi, ascendisti, » *Psal.* LXVII, 19, ostendit eum captivos populos esse ducturum, et juxta intelligentiam sacratiorem ascendisse in altum, et captivam duxisse captivitatem. *Ephes.* IV, 8. Sive quod melius puto, captivitas passionem, ascensus resurrectionem significat. « Alligans ad vineam pullum suum, et ad vitem asinam suam. » *Joan.* XII, 14. Quod videlicet pullum asinæ, cui supersedit Jesus, hoc est, gentilium populum, vineæ Apostolorum, qui ex Judæis sunt, copulaverit ; et ad vitem, sive, ut in Hebræo habetur, Sorech, id est, *electam vitem*, alligaverit asinam, cui supersedit : Ecclesia ex nationibus congregata. Quod autem dicit, *Fili mi*, conversionem ad Christum de ipso Juda facit, eo quod Christus sit universa facturus. Quod autem dicitur : « Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femoribus ejus donec veniat ille qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium, » significat quod non deficerent principes de tribu Juda usque ad tempus, quo natus est Christus, qui missus a Patre exspectatio est gentium. » Zabulon in littore maris habitabit, et in statione navium, pertingens usque ad Sidonem. Isachar asinus fortis accubans inter terminos, vidit requiem quod esset

les fardeaux, et il s'est fait le ministre des tributs. » *Genes.* XLIX, 13. Il vient de dire que Zabulon possédera le littoral de la grande mer, jusqu'aux limites de Sidon et des autres villes phéniciennes, et maintenant il revient au territoire méditerrané, et il fixe en le bénissant la demeure d'Isachar qui doit posséder, à côté de Nephthali, la plus belle contrée en Galilée. Il l'appelle un âne osseux ou fort et il dit qu'il a placé son épaule sous les fardeaux, parce qu'il devait s'adonner à la culture de la terre et au transport jusqu'à la mer des produits de son sol, portant aussi les tributs aux rois. Métaphoriquement, disent les Hébreux, cela veut dire qu'il s'adonnera nuit et jour à l'étude et à la méditation des saintes Ecritures, et que tous lui seront soumis et lui porteront des présents comme à leur maître. « Dan jugera son peuple, de même qu'une autre tribu en Israël. Que Dan devienne couleuvre sur la route, vipère sur le sentier, et qu'il morde le pied du cheval, afin que le cavalier tombe par derrière. J'attendrai votre salut, Seigneur. » *Ibid.* 16 et seqq. Samson juge en Israël, était de la tribu de Dan. *Jud.* XIII, 2. Voici donc ce qu'il dit : Je vois maintenant en esprit Samson votre Nazaréen nourrir sa chevelure, et triompher des ennemis massacrés, en sorte que, à l'instar d'une couleuvre et d'une vipère barrant le chemin, il ne laisse aucun de ses ennemis traverser Israël : et si quelque téméraire, confiant en sa valeur comme en la vitesse d'un cheval, voulait le ra vagerà la manière d'un voleur, il n'échapperait-pas à Samson. Voyant donc que votre Nazaréen si fort est mort pour une courtisane, et qu'en succombant il a tué nos ennemis, *Jud.* XVI, 19, j'ai pensé, ô Dieu, qu'il était le Christ lui-même, votre fils. Mais puisque, étant mort, il n'est pas ressuscité, et qu'Israël a été de nouveau conduit en captivité, je sollicite de vous, pour ma race et pour moi, un autre Sauveur du monde, afin qu'il vienne celui en qui reposent vos promesses et qui est l'attente des nations. « Gad ceint de l'épée combattra devant lui, et lui-même en arrière sera ceint de l'épée. » *Gen.* XLXIX, 19. Il veut dire que Gad, Ruben et la demi-tribu de Manassé retournant après quatorze ans auprès des fils qu'ils avaient envoyés en possession au delà du Jourdain, les trouvèrent engagés dans une guerre terrible contre les nations voisines, et qu'ayant combattu vaillamment, ils défirent les ennemis. Lisez Josué, *Jos.* XIII, 7, et le Paralipomène I *Parap.* v, 1. « Nephthali est un cerf en liberté donnant les enseignements de la beauté ; » ou bien : « Nephthali est un champ arrosé, » *Gen.* XLIX, 21. L'expression hébraïque *Aaïla Séluha* I *Paral.* v, II, s'entend dans les deux sens. Cela

bona, et terram quod optima : et supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis serviens. » *Gen.* XLIX, 13. Quia supra Zabulon dixerat, quod maris magni littora esset possessurus, Sidonem quoque et reliquas Phœnices urbes contingeret, nunc ad mediterraneam provinciam redit, et Isachar, qui juxta Nephthalim pulcherrimam in Galilæa regionem possessurus est, benedictione sua habitatorem facit. Asinum autem osseum vel fortem vocat, et humerum dicit supposuisse ad portandum ; quia in labore terræ et vehendis ad mare, quæ in finibus suis nascebantur, plurimum laboraret, regibus quoque tributa comportans. Aiunt Hebræi per metaphoram significari, quod Scripturas sanctas de die ac nocte meditans studium suum dederit ad laborandum : et idcirco ei omnes serviunt, quasi magistro dona portantes. « Dan judicabit populum suum, sicut et alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro. Salutare tuum exspectabo, Domine. » *Ibid.* 16 *et seqq.* Samson judex in Israel de tribu Dan fuit. *Jud.* XIII, 2. Hoc ergo dicit : Nunc videns in spiritu comam nutrire Samsonem Nazaræum tuum, cæsisque hostibus triumphare, quod in similitudinem colubri regulique obsidens vias nullum per terram Israel transire permittat ; sed etiam si quis temerarius, virtute sua quasi velocitate equi confusus, eam voluerit prædonis more populari, non effugere valebit. Totum autem per metaphoram serpentis et equitis loquitur. Videns ergo tam fortem Nazaræum tuum, quod ipse propter meretricem mortuus est, et moriens nostros occidit inimicos, *Jud.* XVI, 29, putavi, o Deus, ipsum esse Christum filium tuum : verum quia mortuus est, et non resurrexit, et rursum ductus est Israel in captivitatem, alius mihi Salvator mundi, et mei generis præstolandus est, ut veniat cui repositum est, et ipse exspectatio gentium. « Gad accinctus præliabitur ante eum, et ipse accingetur retrorsum, » *Gen.* XLIX, 19. Significat, quod Gad, Ruben, et dimidia tribus Manasse ad filios, quos trans Jordanem in possessionem dimiserat, post quatuordecim annos revertens, prœlium adversus eos gentium vicinarum grande repererit, et victis hostibus fortiter dimicaverit. Lege Jesum Nave, *Josue* XIII, 7, et Paralipomenon, I *Paral.* v, 1. « Nepthalim, cervus emissus dans eloquia pulchritudinis ; » sive : « Nephthalim ager irriguus. » *Gen.* XLIX, 21. Utrumque significat Hebræum verbum, AIALA SELUHA, I *Paral.* v, 11. Significat autem, quod aquæ calidæ ipsa nascantur tribu, sive quod su-

signifie que des eaux chaudes sourdent dans cette tribu, ou encore que, située sur le lac de Génésar, elle est arrosée par le courant du Jourdain. Les Hébreux veulent que Jacob ait prophétisé ce champ arrosé et ces enseignements de la beauté à cause de Tybériade, qui semblait avoir la connaissance de la Loi. Le cerf en liberté symbolise la rapidité d'une terre très-fertile à produire des fruits nourriciers. Mais il vaut mieux rapporter tout ce passage à la doctrine du Sauveur, parce que c'est là surtout qu'il enseigna, comme le rappelle l'Evangile même. *Matth.* IV, 15. « Joseph est celui de mes fils qui donne l'accroissement, celui de mes fils qui donne l'accroissement et qui est beau d'aspect. Les filles sont accourues sur le mur. Mais ceux qui ont des traits l'ont provoqué, lui ont cherché querelle, lui ont porté envie. Son arc s'est appuyé sur le fort, et les liens de ses bras et de ses mains ont été brisés par la main du puissant de Jacob. De là est sorti le pasteur, la pierre d'Israël. » *Gen.* XLXIX, 2. O mon fils, Joseph, si beau que la foule des jeunes filles d'Egypte te contemple des fenêtres et du haut des murs et des tours, on t'a porté envie, tes frères t'ont provoqué à la colère avec les flèches de l'envie, blessés eux-mêmes des traits de la jalousie. Mais tu as cherché en Dieu ton arc et tes armes de combat, en Dieu qui est un fort guerrier; et les liens, dont t'avaient entouré tes frères, il les a desserrés et rompus lui-même, afin que tu sois la tige de la tribu d'Ephraïm forte et stable, inébranlable comme la pierre la plus dure, commandant aussi aux dix tribus d'Israël. « Benjamin, loup ravisseur, le matin dévorera la proie, et le soir divisera les dépouilles. » *Gen.* XLIX, 27. Que ces paroles soient une prophétie évidemment relative à l'apôtre saint Paul, *Act.* VIII, 3; *Gal.* I, 13, nul n'en peut douter, puisqu'en sa jeunesse il persécuta l'Eglise, et qu'en sa vieillesse il prêcha l'Evangile. Voici l'explication des Hébreux : L'autel sur lequel on immolait les victimes et dont la base était inondée de leur sang, était dans la tribu de Benjamin. Cela, disent-ils, signifie que les prêtres font le matin les immolations, et le soir le partage de ce que la Loi leur attribue. Ces interprètes voient dans le loup sanguinaire, dévorant, le symbole de l'autel, et dans le loup qui partage les dépouilles, la figure du collége des prêtres qui, servant l'autel, vivent de l'autel. Telle est l'explication historique des *Bénédictions de Jacob.*

Le sens mystique nous montre en Ruben la figure du peuple primitif des Juifs, auquel le Seigneur a dit : « Israël mon premier-né. » *Gen.* XLIX, 3. Et en effet, en vertu du droit d'aînesse, c'était à lui de recevoir le sacerdoce et l'empire. L'Ecriture ajoute : « Tu es ma force; » *Exod.* IV, 22; sans nul doute parce que c'est de

per lacum Genesar fluento Jordanis esset irrigua (al. *irriguus*). Hebræi autem volunt propter Tyberiadem, quæ Legis videbatur habere notitiam, agrum irriguum et eloquia pulchritudinis prophetari. Cervus autem emissus temporaneos fruges et velocitatem terræ uberioris ostendit. Sed melius si ad doctrinam Salvatoris cuncta referamus, quod ibi vel maxime docuerit Salvator, ut in Evangelio, *Matth.* IV, 15, quoque scriptum est. « Filius meus Joseph accrescens, filius meus accrescens et decorus aspectu ; filiæ decurrerunt super murum ; sed exasperaverunt eum, et jurgati sunt, inviderunt que illi habentes jacula. Sedit in forti arcus ejus, et dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum ejus per manus potentis Jacob. Inde pastor egressus est lapis Israel. » *Gen.* XLIX, 22. O fili, Joseph, qui tam pulcher es, ut te tota de muris et turribus ac fenestris puellarum Ægypti turba prospectet, inviderunt tibi, et ad iracundiam te provocaverunt fratres tui, habentes livoris sagittas, et zeli jaculis vulnerati. Verum arcum tuum et arma pugnandi posuisti in Deo, qui fortis est pugnator ; et vincula tua, quibus te fratres ligaverunt, ab ipso soluta sunt et disrupta, ut ex tuo semine tribus nascatur Ephraim fortis et stabilis, et instar lapidis durioris invicta, imperans quoque decem tribubus Israel. « Benjamin, lupus rapax, mane comedet prædam, et vespere dividet spolia. » *Gen.* XLIX, 27. Quam de apostolo Paulo quæ dicta sunt, *Act.* VIII, 3 ; *Gal.* 1, 13, manifestissima sit prophetia, omnibus patet, quod in adolescentia persecutus sit Ecclesiam, in senectute prædicator Evangelii fuerit. Hebræi autem ita dixerunt : Altare in quo immolabantur hostiæ et victimarum sanguis ad basim illius fundebatur, in parte tribus Benjamin fuit ; hoc, inquiunt, significat, quod sacerdotes immolant mane hostias, ad vesperam dividunt ea quæ sibi ex Lege collata sunt, lupum sanguinarium, lupum voracem super altaris interpretatione ponentes, et spoliorum divisorem super sacerdotibus, qui servientes altari, vivunt de altari (*a*). Hæc autem historice.

Spiritaliter autem in Ruben prioris populi Judæorum ostendit esse personam, cui a Domino dicitur ; « Israel primogenitus meus ; » *Gen.* XLIX, 3 ; etenim juxta quod primogenito debebatur, ipsius erat accipere sacerdotium et regnum. Additur, « tu virtus mea. » *Exod.* IV,

(*a*) *Hucusque ex Hieronymo.*

ce peuple que le fondement de la foi, de ce même peuple que la force de Dieu, qui est le Christ, est sortie. I *Cor.* I, 24. Et comment Israël aurait-il été le principe des douleurs, si ce n'est en faisant sans cesse injure à Dieu le Père, en se détournant de lui, au lieu de le contempler toujours. Les Hébreux furent les premiers dans le partage des dons, parce que d'abord à eux furent confiés les enseignements de Dieu, *Rom.* III, 2, et la législation, et le Testament ou promesse. Ils furent les plus grands par l'empire, sans doute à cause de la grandeur des forces, parce qu'en ce siècle ils régnèrent plus largement que les autres. Mais leur peuple fut répandu comme l'eau qui s'échappe du vase, en péchant contre le Christ; il a répandu sa force dans les jouissances; aussi est-il ajouté: « Qu'il ne croisse plus désormais; » et dans le fait, après avoir été dispersé par tout l'univers, il a considérablement diminué. Voici qui montre en quoi il a mérité ce châtiment: « Parce que tu es monté dans le lit de ton père. » Cela proclame l'audace de ce peuple premier-né, qui monta sur le lit de son père et souilla sa couche, quand il suspendit à la croix et viola par le fer le corps de Notre-Seigneur, dans lequel reposait la plénitude de la divinité. *Coloss.* II, 9. « Siméon et Lévi, frères dont la guerre a fait des vases d'iniquité. » *Gen.* XLIX, 5. Par Siméon et Lévi l'Ecriture désigne les Scribes, les Pharisiens et les prêtres juifs. En effet, de la terre de Siméon étaient les scribes juifs, et de la tribu de Lévi les princes des prêtres, qui complotèrent de s'emparer par ruse de Jésus et de le faire mourir. De ce complot il est dit: « Que mon âme n'entre point dans leur conseil. » C'est que le prophète avait horreur des crimes énormes que les Juifs devaient commettre dans la suite des temps. « Parce que dans leur fureur ils ont tué l'homme, » c'est-à-dire le Christ, dont il est dit: « Voici l'homme dont le nom est Orient; » *Zach.* VI, 12; et ailleurs: « Une femme entourera l'homme. » *Jerem.* XXXI, 22. « Ils ont renversé le mur, » c'est-à-dire, ce mur spirituel des mieux fortifiés, qui défend Israël, ils l'ont percé de leur lance. « Maudite leur fureur, parce qu'elle est entêtée; » c'est lorsque, enflammés d'une furieuse colère, ils livrèrent le Christ à Ponce Pilate, en criant: Qu'on le crucifie, qu'on le crucifie! *Joan.* XIX, 6. « Et leur indignation, parce qu'elle a été cruelle; » c'est lorsqu'ils réclamaient la liberté de Barrabas, demandant que le principe de vie fût mis en croix. *Matth.* XXVII, 21. « Je les diviserai dans Jacob, et je les disperserai en Israël; » parce que quelques-uns d'entre eux reçurent la foi, et que les autres persistèrent dans leur incrédulité. Les divisés sont ceux qui se séparent de leur nation et se rallient à la foi; les dispersés sont cette race in-

22. Utique quod ex ipso populo fundamentum fidei, ex ipso virtus Dei, qui est Christus, advenit. I *Cor.* I, 24. Quomodo autem ipsi sit principium dolorum, nisi dum Patri Deo semper irrogaverit injuriam : dum convertit ad eum dorsum, et non faciem. Iste prior in donis, quia primum ipsis credita sunt eloquia Dei, *Rom.* III, 2, et legislatio, et Testamentum, sive promessio. Iste major imperio; utique pro magnitudine virium quia copiosus cæteris in hoc sæculo populus idem regnavit. Effusus est autem sicut aqua, peccando in Christum, quæ vasculo non tenetur : voluptatis effusus est impetu, et idcirco addidit : « Ultra non crescat; » quia populus ipse postquam in universo orbe dispersus est, valde imminutus est. Sed quare talia meruit, ita subjecit : *Quia ascendisti cubile patris tui.* Primogenitæ autem plebis audaciam prædicat, quæ ascendit cubile patris sui, et maculavit stratum ejus, quando corpus Dominicum, in quo plenitudo divinitatis requiescebat, *Coloss.* II, 9, raptum in cruce suspendit, et ferro commaculavit. « Simeon et Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia. » *Gen.* XLIX, 5. Per Simeon et Levi Scribæ et Pharisæi et sacerdotes Judaici populi intelliguntur. De Simeone enim Scribæ erant Judæorum, de tribu vero Levi principes sacerdotum, qui consilium fecerunt ut Jesum dolo tenerent et occiderent. De quo consilio dicit : « In concilium eorum ne veniat anima mea. » Horrebat enim tanta scelera, quæ novissimis temporibus facturi erant Judæi. *Quia in furore suo occiderunt virum*, id est, Christum, de quo dicitur : « Ecce vir oriens nomen ejus; » *Zach.* VI, 12; et alibi : « Femina circumdabit virum. » *Jerem.* XXXI, 22. « Suffoderunt murum, » id est, illum spiritalem fortissimum murum, qui custodit Israel, lancea confoderunt. *Maledictus furor eorum quia pertinax*; utique quando furore accensi et ira, obtulerunt Christum Pontio Pilato dicentes : Crucifige, crucifige. *Joan.* XIX, 6. «Et indignatio eorum, quia dura » ; dum Barrabam latronem peterent, et principem vitæ crucifigendum postularent. *Matth.* XXVII, 21. « Dividam eos in Jacob, et dispergam illos in Israel ; » quia nonnulli ex ipsis crediderunt, quidam in infidelitate permanserunt. Dicuntur enim divisi ii qui ab eis separantur, et veniunt ad fidem ; dispersi autem, quorum patria temploque subverso, per orbem terræ incredulum genus spargitur. « Juda, te laudabunt fratres tui. » *Gen.* XLIX, 8. Per hunc Judam verus confessor exprimitur Christus, qui

crédule disséminée dans tout l'univers, après la ruine de leur patrie et de leur temple. « Juda, tes frères te loueront. » *Gen.* XLIX, 8. Ce Juda est la figure du véritable confesseur Jésus-Christ, qui est issu de cette tribu selon la chair. Il sera loué de ses frères, c'est-à-dire des apôtres et de tous ses cohéritiers, qui, par l'adoption du Père, sont devenus fils de Dieu, et par la grâce frères du Christ, qui est leur Seigneur par sa nature. « Tes mains seront sur la tète de tes ennemis. » Et en réalité, ce sont les mêmes bras de Jésus étendus sur le trophée de la croix qui protégent les siens et courbent ses ennemis et les puissances adverses; selon la promesse que lui en a faite le Père en ces mots : « Asseyez-vous à ma droite, jusqu'à ce que je fasse de vos ennemis l'escabeau de vos pieds. » *Psalm.* CIX, 1. « Les fils de ton père t'adoreront; » beaucoup des fils de Jacob adorent le Christ, après avoir été sauvés par un privilége de la grâce. « Lionceau du lion de Juda. » En naissant Jésus s'est fait petit, ainsi qu'il est écrit : « Un petit enfant nous est né. » *Rom.* XI, 5. « Tu es monté, mon fils, jusqu'à ta proie, » *Isai.* IX, 6, c'est-à-dire, en montant sur la croix, vous avez racheté les peuples captifs, et ceux que l'ennemi avait subjugués, vous les avez par votre mort arrachés à son joug; enfin, revenu des enfers, vous êtes monté aux cieux, et vous avez emmené captive la captivité. « En ton repos, tu t'es couché comme le lion. » *Psalm.* LXVII, 19. Il est évident que le Christ dans la Passion se coucha, quand, après avoir incliné la tête, il remit son esprit, *Joan.* XIX, 30; et encore quand, en sécurité dans le sépulcre, il se reposa comme en un certain sommeil du corps. Mais en quoi est-il comme le lion, et comme le petit du lion? En son sommeil il fut lion, quand, non point par nécessité, mais en vertu de sa puissance, il accomplit cette parole qui est de lui-même : « Personne ne me retire mon âme, mais je la dépose moi-même. » Et il est ajouté: « Comme le petit du lion, » parce qu'il est mort en ce qu'il avait pris en naissant. Le Christ se reposa donc véritablement comme un lion, lui qui non-seulement ne craignit pas l'aiguillon de la mort, mais encore dans la mort même vainquit l'empire de la mort. Mais pourquoi est-il dit : « Qui le ressuscitera? » Parce que ce ne sera nul autre que lui-même, selon sa propre parole : « Détruisez ce temple, et en trois jours je le ressusciterai. » *Joan.* II, 19. « Les chefs issus de Juda ne feront point défaut, » et le reste. Ceci a trait évidemment à Juda. Longtemps, en effet, sortit de cette race sans tache, chez les Juifs, la succession des rois, jusqu'à la naissance du Christ, comme nous l'avons dit plus haut. « Attachant à la vigne son ânon. » Son ânon est le peuple des Gentils, à qui n'avait encore été jamais imposé le fardeau de la Loi. Il le joignit à la vigne, c'est-à-dire aux Apôtres, qui sont d'entre les

ex ejus tribu secundum carnem est genitus. Ipsum laudabunt fratres sui, Apostoli scilicet, et omnes cohæredes ejus, qui per adoptionem Patris, filii Dei effecti sunt, et Christi fratres per gratiam, quorum ipse est Dominus per naturam. « Manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum. » Eisdem enim manibus atque eodem crucis tropæo et suos texit, et inimicos et adversarias potestates curvavit. Juxta quod et Pater promittit ei dicens : « Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. » *Ps.* CIX, 1. « Adorabunt te filii patris tui ; » quando multi ex filiis Jacob adorant eum, per electionem gratiæ salvi facti. *Catulus leonis Juda.* Quando nascendo factus est parvulus, sicut scriptum est : « Parvulus natus est nobis. » *Rom.* XI, 5. « Ad prædam, fili mi, ascendisti ; » *Isai.* IX, 6 ; id est, ascendens in crucem, captivos populos redemisti; et quos ille contrarius invaserat, tu moriens eripuisti ; denique, rediens ab inferis, ascendisti in altum, captivam duxisti captivitatem. « Requiescens accubuisti ut leo. » *Psal.* LXVII, 19. Manifestissime Christus in passione accubuit, quando inclinato capite tradidit spiritum ; *Joan.* XIX, 30 ; et quando in sepulcro securus, velut quodam corporis somno quievit. Sed quare ut leo, et velut catulus leonis? In somno enim suo leo fuit, quando non necessitate, sed potestate hoc ipsum complevit, sicut ipse dicit : « Nemo tollit a me animam meam, sed ego pono eam. » Quod vero addit, *et ut catulus leonis* ; inde enim mortuus unde natus. Bene ergo Christus ut leo requievit, qui non solum mortis acerbitatem non timuit, sed et in ipsa morte mortis imperium vicit. Quod autem dicit : « Quis suscitabit eum? » Quia nullus nisi ipse, juxta quod ipse ait : « Solvite templum hoc, et in triduo ressuscitabo illud » *Joan.* II, 19 « Non deficiet dux de Juda, » et reliqua. Hoc manifestissime ad Judam refertur. Diu enim fuit ex semine illius intemerata apud Judæos successio regni, donec Christus nasceretur, sicut supra diximus. *Alligans ad vineam pullum suum.* Pullus suus populus est ex gentibus, cui adhuc nunquam fuerat Legis onus impositum. Hunc copulavit ad vineam, ad Apostolos scilicet, qui ex Judæis sunt. Nam vinea Domini Sabaoth domus Israel est *Isa.* V, 7. *Et ad vitem asinam suam.* Ipse dicit : « Ego sum vitis vera » *Joan.* XV, 1. Ad hanc ergo vitem alligat asinam suam, Synago-

in virum peccare, peccatum qualecumque est, leviorque remissio. In Deum vero peccare, id est, ab ejus cultu recedere, impietatis peccatum est, difficiliorque remissio. Et quoniam cum in virum quis peccat, placato sibi viro, facit sibi Deum placabilem. In Deum autem cum quis peccat, quis orabit pro eo? Ac si dicatur : Per quem, Deum, sibi in quem peccavit, propitium facere poterit?

« Venit autem vir Dei ad Eli, et dixit ad eum : Hæc dicit Dominus : Numquid non aperte revelatus sum domui patris tui, cum esset in Ægypto in domo Pharaonis? et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem. *Ibid.* 27, etc. Hunc virum Dei Judæi Phinees dicunt : quem et Eliam antumant. Revelatus vero Dominus fuisse dicitur domui patris ejus, id est, Aaron : in eo loco ubi ait : « Dixit enim Dominus ad Aaron : Vade in occursum Moysi in deserto, » *Exod.* IV, 27, et cætera. Et in hoc loco primum Dominus ei revelatus dicitur. In sacerdotem vero electus est ex omnibus tribubus Israel : sicut habes in Elle Smoth et in Vajecra (*a*). Quod vero ait : « Venit vir Dei ad Eli, » et cætera quæ sequuntur, ante tempus Elcanæ dicta fuisse arbitrantur ; sed hic ob gloriam Samuelis interposita dicuntur.

« Ecce dies venient, et præcidam brachium tuum, et brachium domus patris tui. » I *Reg.* II, 31, 32. Brachium, arcam vocat, et dignitatem sacerdotii. « Ut non sit senex in domo tua. » Senem, sacerdotem magnum dicit. « Et videbis æmulum tuum in templo, in universis prosperis Israel. » Æmulus domus Eli, Sadoc sacerdos exstitit, qui, ejecto Abiathar a Salomone, sacerdotium suscepit, sicut in Malachim legitur : « Projecitque Salomon Abiathar, ne esset sacerdos Domini, ut impleretur verbum Domini quod locutus est super domum Eli. » III *Reg.* II, 27.

« Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo, ut deficiant oculi tui, et tabescat anima tua. » I *Reg.* II, 33, 34. Ideo Dominus se non penitus

(*a*) Sic enim sentiunt, inter Pontifices Aaronem et Heli, nonnisi duos, Eleazarum scilicet et Phineem intercessisse, atque adeo replendæ intercapedini plura vitæ Phineis sæcula commenti sunt. Imo et Rabbini quidam eum non hominem fuisse, sed Angelum mortali corpore indutum dixerunt, qui sæpius hunc in mundum venerit, abieritque ; et ad Heli quidem venisse eum ultionis a Deo nuntium, iterum sub Salomone paruisse, quasi Phineem filium Eleazari venturum; denique extrema sæculorum die sub Eliæ persona ac nomine comminiscuntur,

32, 36. Le Seigneur annonce qu'il n'éloignera pas absolument de son autel tout descendant d'Eli, afin qu'il y ait toujours un membre de cette famille dans la maison sainte, lequel verra celui qui lui a été substitué dans la dignité du sacerdoce; et cette vue troublera ses yeux et fera sécher d'envie son âme. D'où ce qui est dit plus bas : « Qu'il vienne pour le vénérer, » c'est-à-dire, vénérer le grand prêtre, « et recevoir de lui la pièce d'argent et la tourte de pain, en disant : Envoyez-moi, je vous prie, vers une part de prêtre, afin que je mange une bouchée de pain. »

« Et la parole du Seigneur était précieuse en ces jours-là. » I *Reg.* III, 1. Elle est qualifiée précieuse, parce qu'elle était fort rare, et que tout ce qui est rare est précieux. Sa « vision n'était point manifeste, » en ce sens que la prophétie ne se manifestait pas entièrement.

« Il arriva qu'un jour Eli étant couché en sa chambre, ses yeux s'étaient obscurcis et ne pouvaient voir. » *Ibid.* 2. C'est là qu'il faut arrêter le sens, et reprendre ensuite: « Et avant que la lampe de Dieu fût éteinte. Mais Samuël dormait dans le temple, où était l'arche de Dieu. » Ce qui doit s'entendre ainsi: Et avant que la lampe de Dieu fût éteinte, Samuël dormait dans le temple, où était l'arche sainte. Pour ces mots: « Et avant que la lampe fût éteinte, » ils signifient: Avant que la lumière du jour se fît; en effet, c'est alors qu'on éteignait la lampe, qui, d'après le commandement de Dieu transmis par Moyse, devait briller jusqu'au matin, comme le rapporte l'Exode : « Ordonne au fils d'Israël, dit le Seigneur, de t'apporter de l'huile la plus pure faite d'olives écrasées avec le pilon, afin qu'une lampe brille toujours dans le tabernacle du Seigneur; et Aaron et ses fils la placeront de manière qu'elle brille jusqu'au matin en présence du Seigneur. » *Exod.* XXVII, 20 et 21.

« Or Samuël ne connaissait pas encore le Seigneur. » I *Reg.* III, 7. Il ne connaissait pas le Seigneur, en ce sens que la parole de Dieu ne lui avait pas encore été révélée dans le mystère de la prophétie.

« Le Seigneur dit à Samuël: Voici que je fais résonner ma parole sur Israël; quiconque l'entendra, éprouvera un tintement des deux oreilles. » *Ibid.* 11. Il y a là une menace du Seigneur contre Eli et contre sa maison ; à cause du péché des fils d'Eli, ceux-ci périront, l'arche de Dieu sera prise, Israël sera vaincu, et la maison d'Eli sera privée du sacerdoce de la maison du Seigneur; c'est en raison de ces événements que les oreilles tinteront et que les Israélites seront frappés de stupeur.

« La porte de la maison du Seigneur fut ouverte, et Samuël n'osait pas raconter à Eli sa

ablaturum ex domo Eli virum ab altari suo dicit, ut semper de domo Eli esset in domo Domini vir, qui in dignitate sacerdotii alium substitutum videret ; et se eadem dignitate privatum videns, oculi ejus deficerent, et anima tabesceret. Unde et in subsequentibus dicitur : « Veniat ut adoret eum, » id est, sacerdotem magnum, « et accipiat ab eo nummum argenteum, et tortam panis, dicatque : Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis. »

« Et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis. » I *Reg.* III, 1. Pretiosus dicitur, quia perrarus erat. Omne enim quod rarum est, pretiosum est. « Non erat visio manifesta, » quia prophetia non plene manifestabatur.

« Factum est vero in die quadam, Eli jacebat in loco suo ; et oculi ejus caligaverant nec poterant videre. » *Ibid.* 2. Hic enim distinguendum est et post ea inferendum : « Et antequam lucerna Dei exstingueretur. Samuel autem dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. » Intelligi autem hoc modo debet : Et antequam lucerna Dei exstingueretur, in templo Domini, ubi erat arca Dei, Samuel dormiebat. Quod vero ait : « Antequam lucerna Dei exstingueretur, » intelligi oportet, antequam lux diurna fieret, quando eadem exstinguenda erat lucerna. Sic enim a Domino per Moysen jussum erat, ut eadem luceret usque mane ; sicut est illud Exodi : « Præcipe, ait Dominus, filiis Israel ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum purissimum piloque contusum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo Domini ; et collocabunt eam Aaron et filii ejus, ut usque mane luceat coram Domino. » *Exod.* XXVII, 20 et 21.

« Porro Samuel necdum sciebat Dominum. » I *Reg.* III, 7. Nescire Dominum dicitur quia per prophetiæ mysterium necdum ei revelatus fuerat sermo Domini.

« Dixit Dominus ad Samuel : Ecce ego facio verbum in Israel ; quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures ejus. » *Ibid.* 11. Hoc in loco comminatio Domini est super Eli, et super domum ejus ; eo quod in peccato filiorum Eli, Arca Dei caperetur, et Israel rueret, et ejus filii interirent, et domus Eli sacerdotio Domus Domini privaretur ; et ob id factum audientium aures tinnirent stupore vehementi.

« Aperuitque ostia domus Domini, et Samuel timebat visionem indicare Eli. » *Ibid.* 15. Non est intel-

vision. » *Ibid.* 15. Le sens n'est pas que Samuël ouvrit la porte du temple ; c'est le prêtre qui l'ouvrit.

« Et pas une des paroles de Samuël ne tomba sur la terre. » *Ibid.* 19, 21. Il est dit qu'aucune de ses paroles ne tomba sur la terre, parce que tout ce qu'il prophétisait était vérifié par l'événement. « Et la parole de Samuël arriva à tout Israël. » La parole qui alla à tout Israël était qu'ils devaient être frappés par les Philistins à cause des péchés des fils d'Eli ; ce que l'issue des choses prouva plus tard.

« Or il y avait là une grande pierre ; et ils mirent en pièces les bois du chariot. » I *Reg.* VI, 14. Par cette pierre, les Hébreux entendent l'autel élevé par Abraham.

« Or voici les anus d'or que les Philistins offrirent à Dieu pour leurs péchés : Azot un, Gaza un, Ascalon un, Geth un, Acharon un. » *Ibid.* 17, 18. Ces cinq villes donnèrent cinq anus et cinq rats. Les autres villes des provinces, et celles qui étaient sans remparts ne donnèrent que des rats. Aussi est-il écrit : Depuis la ville ayant des remparts jusqu'à celle qui n'en avait pas. Quant à ce qui suit : « Et jusqu'à Abel la grande, près de laquelle ils placèrent l'arche du Seigneur ; » Abel la grande est une cité sur la frontière d'Israël. On lui donne ce nom d'Abel la grande, alors qu'auparavant on l'appelait communément Bethsamis, soit à cause du deuil répandu sur les Bethsamites, soit pour la distinguer de la ville d'Abel Bethmaca, au sujet de laquelle la femme sage dit à Joab : « Que ceux qui interrogent, interrogent dans Abel. » Il faut donc entendre que, depuis les villes pourvues de remparts jusqu'à celles qui n'en avaient pas, et jusqu'à Abel la grande, les Philistins donnèrent des rats d'or. Au-dessus d'Abel, c'est-à-dire au-delà de leur deuil, ils déposèrent l'arche du Seigneur, qui jusqu'à ce jour était dans le territoire de Josué de Bethsamis. Elle fut sur ce territoire jusqu'au moment où on la conduisit à Cariath-Jarim.

« Et il frappa soixante-dix hommes du peuple et cinquante mille de la multitude. » *Ibid.* 16. L'hébreu porte : « Et il frappa soixante-dix hommes et cinquante mille hommes. » Les Hébreux, par ces soixante-dix hommes, entendent les soixante-dix Juges. A cause de leur mérite et de leur dignité on leur compare cinquante mille des autres. C'est ainsi qu'il est dit de David : Toi seul, tu seras compté pour dix mille.

« Et il arriva que, depuis le jour où l'arche du Seigneur demeura dans Cariath-Jarim, les jours furent multipliés, » c'est-à-dire, il se passa vingt ans. Depuis le temps où fut réprouvé le sacerdoce d'Eli jusqu'au gouvernement de Samuël, ce furent vingt années pleines de calamités. A

ligendum quod Samuel aperuerit ostia domus Domini, sed sacerdos.

« Et non cecidit ex omnibus verbis Samuel in terram. » *Ibid.* 19, 21. Non cecidisse ex omnibus verbis ejus in terram dicitur, quia quidquid prophetabat, rebus gestis demonstrabatur. « Et evenit sermo Samuelis universo Israeli. » Sermo ejus fuit ad universum Israel, quod percutiendi essent a Philistæis propter peccata filiorum Eli ; quem sermonem eventus rei postea probavit.

« Erat autem ibi lapis magnus ; et conciderunt ligna plaustri. » I *Reg.* VI, 14. Lapidem istum Hebræi aram ab Abraham ædificatam intelligunt.

« Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philistiim pro delicto, Domino : Azotus unum, Gaza unum, Ascalon unum, Geth unum, Acharon unum. » *Ibid.* 17, 18. Quinque anos et quinque mures, hæ quinque civitates dederunt. Reliquæ autem civitates provinciarum, et villæ quæ erant absque muro, mures tantum dederunt. Idcirco dicitur, ab urbe murata usque ad villam quæ erat absque muro. Quod autem sequitur : « Et usque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam Domini ; » Abel magnum civitas est in termino Israel. Abel magnum idcirco vocatur, cum antea Bethsamis vocitata sit, sive propter luctum super viris Bethsamitibus ibi factum, sive propter distinctionem civitatis Abel Bethmaca, de qua exclamavit mulier sapiens ad Joab, dicens : « Qui interrogant, interrogent in Abela. » Sic itaque intelligendum est, quod ab urbe murata usque ad villam quæ erat absque muro, et usque ad Abel magnum, dederint mures. Super quem, id est, super luctum, posuerunt arcam Domini, quæ erat usque ad illum diem in agro Josue Bethsamitis. Fuit ergo in agro illius, donec in Cariath-Jarim ducta est.

« Et percussit de populo septuaginta viros et quinquaginta millia plebis. » *Ibid.* 16. Ita habetur in Hebræo : « Et percussit de populo septuaginta viros et quinquaginta millia viros. » Hos septuaginta viros, Judices septuaginta Hebræi intelligunt. Quorum merito et gloriæ quinquaginta millia viri comparabantur, sicut et de David dicitur : Quia tu unus pro decem millibus computaris.

« Et factum est ex qua die mansit arca Domini in Cariath-Jarim, multiplicati sunt dies, » I *Reg.* VII, 2, id est, viginti anni. A tempore quo reprobatum est

la fin de la vingtième, Samuël transporta l'arche à Masphat, Samuël et Saül la transportèrent ensuite de Masphat à Galgala, d'où Saül la fit conduire à Nobé, et de Nobé à Gabaa. De Gabaa, David la transféra dans la maison d'Obed Edom, et de là à Sion, d'où Salomon la fit conduire enfin dans le Saint des Saints.

« Et tout Israël se reposa à la suite du Seigneur. » *Ibid.* Ils se reposèrent à la suite du Seigneur, en ce sens qu'après avoir rejeté les souillures de l'idolâtrie, ils se livrèrent de tout cœur au service de Dieu. C'est ce qui est attesté plus bas.

« Les fils d'Israël ôtèrent Baal et Astaroth, et servirent Dieu seul; ils s'assemblèrent à Masphat, puisèrent de l'eau et la répandirent en présence du Seigneur. » *Ibid.* 4. Les Hébreux rapportent qu'en présence du Seigneur les malédictions furent jetées dans cette même eau; et comme dans la Loi la femme jalouse est soumise à l'épreuve de l'eau, ainsi en cette circonstance les idolâtres furent soumis à cette épreuve. Sans doute ceux qui niaient absolument avoir suivi le culte des idoles. Ils rapportent également que tout idolâtre qui goûtait de cette eau voyait ses lèvres adhérer tellement l'une à l'autre qu'il ne pouvait plus les séparer l'une de l'autre. A cette marque l'idolâtre était reconnu et mis à mort. C'est ce qui est attesté par ce qui suit:

« Samuël jugea les fils d'Israël à Masphat. » *Ibid.* 6. En ce passage, par « juger les idolâtres » on doit entendre les livrer à la mort selon la loi. On dit encore que Moyse soumit à la même épreuve les idolâtres qui s'étaient fabriqué le veau d'or, quand, s'étant emparé de cette idole, il la brûla, et, après l'avoir réduite en cendres, il les jeta dans l'eau qu'il donna à boire aux fils d'Israël.

« Et Saül dit à son esclave: Nous irons; mais que porterons-nous à l'homme? » I *Reg.* IX, 7. C'est parce que Saül pensait que Samuël lui désignait les ânesses comme prix de la divination, qu'il disait: « Que porterons-nous à l'homme? »

« Hâte-toi maintenant; aujourd'hui en effet il viendra dans la ville, parce que le peuple doit aujourd'hui offrir un sacrifice sur la hauteur. » *Ibid.* 12. En cet endroit, sacrifice veut dire le repas que Samuël avait préparé au peuple pour les Calendes.

« Et je te renverrai le matin; et je te dévoilerai tous les désirs de ton cœur; et je ferai que tu ne sois point inquiet au sujet des ânesses que tu as perdues, parce qu'elles sont retrouvées. » *Ibid.* 16, 20. La pensée de Saül, selon l'interprétation des Hébreux, était qu'il serait roi, parce qu'il s'était vu, en songe, placé sur le faîte d'un palmier. Cette vision était un signe de royauté.

sacerdotium Eli usque ad Samuelis ducatum, viginti fuerunt anni miseriarum referti. Peracto vicesimo anno, translata est eadem arca a Samuele in Masphat, et de Masphat transtulerunt eam Samuel et Saul in Galgala. Inde translata est a Saul in Nobe. De Nobe in Gabaa. De Gabaa translata est a David in domum Obed Edom. De domo Obed Edom transtulit eam David in Sion. De Sion transtulit eam Salomon in Sancta Sanctorum.

« Et requievit omnis Israel post Dominum. » *Ibid.* Requievisse post Dominum dicuntur, quia abjectis idolorum sordibus, Domino se ad serviendum toto corde tradiderunt. Quod et in subsequentibus dicitur :

« Abstulerunt filii Israel Baalim et Astaroth, et servierunt Domino soli ; et convenerunt in Masphat, hauseruntque aquam, et effuderunt in conspectu Domini. » *Ibid.* 4. Hebræi tradunt quod coram Domino in eamdem aquam maledicta congesta sint ; et sicut in lege mulier zelotypa hausta aqua probatur, ita et hic idololatræ hac aqua probati sunt. Hi videlicet qui se idola coluisse penitus denegabant. Tradunt etiam quod quicumque idololatra hanc aquam gustasset, labia ejus ita sibi adhærerent, ut nequaquam ea ab invicem idololatra separare posset. Hoc indicio idololatra deprehendebatur et interficiebatur. Quod et sequentia demonstrant in eo, quod ait :

« Judicavitque Samuel filios Israel in Masphat. » *Ibid.* 6. Judicare in hoc loco idololatras, secundum legem morti tradere intelligendum est. Dicunt etiam quod Moyses hoc modo idololatras qui sibi vitulum fecerant, probaverit quando arripuit vitulum et combussit, et contritum usque ad pulverem sparsit in aquam, et dedit ex eo potum filiis Israel.

« Dixitque Saul ad puerum suum : Ecce ibimus; quid feremus ad virum? » I *Reg.* IX, 7. Non enim putabat Saul sibi asinas a Samuele aliter indicari, nisi pretio divinationis, ideo ait : « Quid feremus ad virum? »

« Festina nunc ; hodie enim veniet in civitatem, quia sacrificium est hodie populo in excelso. » *Ibid.* 12. Sacrificium in hoc loco prandium intelligitur, quod præparaverat Samuel populo in Kalendis.

« Et dimittam te mane ; et omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi ; et de asinis, quas perdidisti nudiustertius, ne sollicitus sis, quia inventæ sunt. » *Ibid.* 19, 20. Erat in corde Saul, sicut Hebræi tradunt, quod rex futurus esset, quia viderat per visum se in ver-

« Après que tu seras parti de là, et que, passant outre, tu seras arrivé auprès du chêne de Thabor, trois hommes montant vers le Seigneur à Béthel t'y rencontreront. » I *Reg.* x, 3. Ces hommes allaient prier à Béthel, où Jacob avait élevé un autel.

« Après cela, tu arriveras à la colline de Dieu, « c'est-à-dire, au lieu où habitaient les Prophètes; » et l'esprit du Seigneur s'emparera de toi, et tu prophétiseras avec eux. » Les Juifs disent qu'il prophétisa en cet endroit sur le siècle futur, sur Gog et Magog, et la récompense des justes et le châtiment des impies.

« Quand ces signes t'arriveront, fais tout ce que trouvera ta main, parce que Dieu est avec toi. » Comme s'il disait: A ces signes tu reconnaîtras que Dieu a voulu que tu fusses roi. C'est pourquoi agis en roi dans toutes tes actions, parce que Dieu est avec toi.

« Tu descendras avant moi à Galgala, parce que j'irai vers toi afin que tu offres l'oblation et que tu immoles les victimes pacifiques. Tu attendras sept jours avant que j'aille auprès de toi, et je te montrerai ce que tu dois faire. » *Ibid.* 8. Quelques-uns pensent que Saül était à l'abri du reproche quand il offrit l'holocauste, alors que, attendant Samuël, celui-ci ne vint pas pas au bout des sept jours, selon sa promesse. Il n'y a qu'à bien approfondir ce passage, pour se convaincre que Saül fut coupable et justement accusé de désobéissance. Voici la distinction que les Hébreux font en cet endroit: « Tu descendras avant moi à Galgala, parce que je dois descendre ensuite vers toi. » On reprend ensuite: « Pour offrir les oblations et immoler les victimes pacifiques, tu attendras sept jours, jusqu'à ce que je vienne vers toi, et que je te montre ce que tu dois faire. » Samuël en effet n'enjoignit pas à Saül d'attendre son arrivée pendant sept jours, mais il voulait que Saül l'attendît jusqu'après ces sept jours pour offrir les oblations et immoler les victimes pacifiques. Saül ne le fit pas, et c'est pour ce motif qu'il est accusé et qu'il reçoit le reproche de sottise.

« Et celui-ci répondit à celui-là: Qui est leur père? » *Ibid.* 12. Comme s'il disait: « Qui est plus grand que lui en dignité et en sagesse? Il peut en effet à bon droit être rangé parmi les Prophètes, et lui qui est si savant et si sage, être appelé leur père, c'est-à-dire, leur maître. On donnait le nom de père à son maître. C'est ainsi que fait Elisée à l'égard d'Elie : « Mon père, mon père, char d'Israël et son cocher ; » IV *Reg.* 11, 12 ; et encore, dans le livre de Job, Héliu à l'égard d'Eliphaz: « Mon père, que Job soit éprouvé jusqu'à la fin. » *Job*, XXXIV, 36.

tice arboris palmæ collocari. Quæ visio signum regale fuit.

« Cumque abieris inde, et ultra transieris, et veneris ad quercum Thabor, invenient te ibi tres viri ascendentes ad Dominum in Bethel. » I *Reg.* x, 3. Hi viri causa orationis ibant in Bethel, ubi Jacob lapidem erexerat.

« Post hæc venies ad collem Dei. » *Ibid.* 5. Collis Dei locus erat, ubi Prophetæ habitabant. « Et insiliet in te Spiritus Domini et prophetabis cum eis. » Prophetasse eum ibi Judæi dicunt de futuro sæculo, de Gog et Magog, et de præmiis justorum et pœna impiorum.

« Quando ergo venerint signa hæc omnia tibi, fac quæcumque invenerit manus tua, quia Deus tecum est. » *Ibid.* 7. Ac si diceret : His signis nosse poteris, quia Deum te regem fore voluit. Et idcirco ad omnia quæ tibi agenda sunt regaliter age, quia Deus tecum est.

« Et descendes ante me in Galgala ; ego quippe descendam ad te ut offeras oblationem, et immoles victimas pacificas. Septem diebus exspectabis donec veniam ad te, et ostendam tibi quæ facias. » *Ibid.* 8. Videtur quibusdam inculpabiliter Saul obtulisse holocaustum, cum Samuel exspectatus ab eo, juxta placitum septem dierum non venerit. Quod si quis hunc locum bene distinxerit, inveniet eum non immerito culpatum fuisse et inobedientem redargutum. Locus autem hic apud Hebræos ita distinguitur : « Et descendes ante me in Galgala ; ego quippe descendam ad te. » Et postea infertur : « Ad offerendas oblationes et immolandas victimas pacificas, septem diebus exspectabis, donec veniam ad te, et ostendam tibi quæ facias. » Non enim Samuel suum præstolari adventum Sauli septem dierum tempore præcepit, sed ad offerendas oblationes, et immolandas victimas pacificas, se ab eo eisdem septem diebus voluit exspectari. Quod ille nequaquam fecit, et ideo merito culpatur, et stultitiæ elogio denotatur.

« Responditque alter ad alterum, dicens : Et quis pater eorum? » *Ibid.* 12. Ac si diceret : Et quis major illo in dignitate et sapientia? Optime enim potest inter Prophetas versari, et pater eorum, id est, magister vocari, qui tam doctus et sapiens est. Pater magister vocatur; sicut Elisæus Eliam patrem, id est, magistrum vocat : « Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga ejus. » IV *Reg.* II, 12. Et in libro Job, Heliu Eliphaz patrem, id est, magistrum vocat, hoc modo : « Pater mi, probetur Job ad finem. » *Job.* XXXIV, 36.

« Saül était un enfant d'un an, lorsqu'il commença de régner ; et il régna deux ans sur Israël » I *Reg.* xiii. 1. Il ne s'agit pas ici d'Isboseth, fils de Saül, mais de Saül lui-même. Il était, au début de son règne, aussi innocent qu'un enfant d'un an, et l'Ecriture dit qu'il persista dans cette innocence pendant deux ans de règne en Israël.

« Samuël dit au peuple la loi du règne; » (Hébreu : « le jugement du règne), » et la plaça en présence du Seigneur, » I *Reg.* x, 25, c'est-à-dire, en présence de l'arche du Seigneur, qui était à Masphat.

« Le Seigneur a envoyé Jérubaal, et Bédan, et Jephta, et Samuël, et il vous a délivrés de la main de vos ennemis qui vous entourent. » I *Reg.* xii, 11. Jérubaal est le même que Gédéon, et Bedan le même que Samson.

« Si vous craignez le Seigneur, et le servez, si vous écoutez sa voix, et si vous ne mettez pas la colère dans sa bouche. » *Ibid.* 14. « La bouche du Seigneur » est mise là pour « la bouche des Prophètes, » qui parlaient d'après le Seigneur.

« Quand les Philistins eurent entendu cela, Saül fit résonner la trompette par toute la terre disant: Que les Hébreux entendent. Et tout Israël apprit la nouvelle que Saül avait frappé le séjour des Philistins. » I *Reg.* xiii, 3, 4. Il faut éclaircir le sens en sous-entendant « ils furent troublés » après ces mots: Quand les Philistins eurent appris cela. « Saül fit résonner la trompette. » Cette trompette fut un signe de victoire et d'encouragement, pour faire entendre et savoir aux Hébreux que les Philistins avaient été effrayés et vaincus. De là ce qui suit : « Et tout Israël apprit cette nouvelle: Saül a frappé le séjour des Philistins. » Une nouvelle de cette nature était bien propre à conforter Israël. Et l'Ecriture poursuit : « Israël se dressa contre les Philistins, » c'est-à-dire, commença d'agir virilement contre eux.

« Des fils d'Israël réduits aux abois, car le peuple était dans l'affliction, s'étaient cachés dans les cavernes, dans les bois, dans les montagnes, dans les antres, dans les citernes. Mais les Hébreux passèrent le Jourdain sur le territoire de Gad et de Galaath. » *Ibid.* 6. Puisqu'Israël se cacha dans les lieux cités, comment est-il dit : « Les Hébreux passèrent le Jourdain? » Ceux qui se cachèrent étaient quelques Israëlites qui avaient abandonné Saül et le peuple qui le suivait; une partie de ces Israëlites, frappés de terreur, désertèrent l'armée de Saül et de leurs compatriotes, et se réfugièrent dans le camp des Philistins. Le sens de ce passage s'explique clairement par ce qu'on lit plus bas :

« Les Hébreux eux-mêmes qui étaient allés avec les Philistins la veille et depuis trois jours,

« Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpisset. Duobus autem annis regnavit super Israel. » I *Reg.* xiii, 1. Non de Isboseth filio Saul, sed de eodem Saule dictum est hoc. Sic enim erat innocens, quando regnare cœpit, sicut filius est unius anni, et in eadem innocentia duobus regnasse annis dicitur.

« Locutus est autem Samuel ad populum legem regni; » I *Reg.* x, 25. Hebræus : « Judicium regni. » « Et reposuit coram Domino. » Coram Domino, id est, coram arca Domini, quæ erat in Masphat.

« Et misit Dominus Jerubaal et Bedan, et Jephta, et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum. » I *Reg.* xii, 11. Jerubaal ipse est Gedeon, et Bedan ipse est Samson.

« Si timueritis Dominum, et servieritis ei, et audieritis vocem ejus, et non exasperaveritis os Domini. » *Ibid.* 14. Os Domini, dicit os Prophetarum, qui ex ore Domini loquebantur.

« Quod cum audissent Philistiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens : Audiant Hebræi. Et universus Israelaudivit hujuscemodi famam : Percussit Saul stationem Philistinorum. » I *Reg.* xiii, 3, 4. Sic enim intelligendum est, quod cum audissent Philistiim, subauditur, conturbati sunt. « Saul cecinit buccina. » Hæc buccina signum victoriæ et exhortationis fuit, ut audirent et nossent Hebræi, conturbatos et superatos esse Philistæos. Propterea sequitur : « Et universus Israel audivit hujuscemodi famam : Percussit Saul stationem Philistinorum. » His rebus compertis, confortatus est Israel propter hoc. Et sequitur : « Et erexit se Israel adversus Philistæos, » id est, viriliter cœpit agere contra Philistæos.

« Quod cum vidissent filii Israel se in arcto positos, afflictus enim erat populus, absconderant se in speluncis et in abditis, in petris quoque et in antris, et in cisternis. Hebræi autem transierunt Jordanem in terram Gad et Galaath. » *Ibid.* 6. Si se abscondit Israel in præfatis locis, quid est quod ait : « Hebræi autem transierunt Jordanem? » Absconsis enim quibusdam Israelitis qui Saul et populum qui cum eo erat, reliquerant; quædam pars eorum qui hic Hebræi vocantur timore perterriti, defecerunt a Saul et a viris qui cum eo erant, et descenderunt in castra Philistiim. Quem locum ad intelligendum clarius et manifestius sequentia demonstrant, in eo loco ubi ait :

« Sed et Hebræi qui fuerant cum Philistiim ab heri

et s'étaient rendus avec eux dans leur camp, retournèrent pour être avec Israël, qui suivait Saül et Jonathas. En outre, tous les Israélites qui s'étaient cachés sur la montagne d'Ephraïm, apprenant que les Philistins avaient pris la fuite, se réunirent aux leurs pour combattre. Quant au butin, on enleva des brebis, des bœufs et des taureaux, qui furent assommés, et que le peuple mangea avec leur sang. » I *Reg.* XIV, 21, 22. Le peuple ne rendit pas vain le serment par lequel Saül l'avait engagé en ces termes : « Maudit l'homme qui mangera du pain avant le soir, avant que je sois vengé de mes ennemis, » puisqu'ils avaient alors remporté la victoire ; mais il est dit qu'ils offensèrent le Seigneur et mangèrent avec le sang, parce que, contrairement au précepte de la Loi, ils prirent de la nourriture avant que le sacrifice du soir eût été fait. L'usage était que, lorsqu'ils avaient mis à mort, soit des leurs, soit des étrangers, ils ne devaient pas manger avant que le sacrifice du soir eût été offert pour eux. Autrement, ils offensaient Dieu et mangeaient avec le sang ; les victimes étant immolées, ils n'apportaient pas au sanctuaire pour les prêtres la graisse et le sang, selon le précepte de la loi, quand ils avaient le sanctuaire avec eux. Quand le sanctuaire était loin, il est (*ailleurs*, il était) prescrit de répandre à terre le sang des victimes dont on préparait les viandes pour les manger. Si le sanctuaire était sur les lieux, le commandement est de répandre le sang sur l'autel du Seigneur, comme le dit le livre du Deutéronome : « Tu répandras le sang de tes victimes sur l'autel, et tu te nourriras de leurs viandes. » C'est ce que le peuple ne fit pas en cette circonstance, et voilà pourquoi il est accusé de péché, et d'avoir mangé avec le sang.

« Saül éleva un autel au Seigneur. C'est alors pour la première fois qu'il éleva un autel au Seigneur. » *Ibid.* 35. Le texte hébreu ne porte pas « pour la première fois. » Il faut donc se demander pourquoi, puisqu'il éleva un autel, quand il fut réprimandé par Samuël, il est dit ici : « Alors pour la première fois il éleva un autel au Seigneur. » Sans doute, il avait auparavant élevé un autel; mais comme il l'avait fait contrairement à l'obéissance, c'était comme s'il ne l'avait pas élevé. Cette fois, l'Ecriture rapporte qu'il éleva l'autel, parce qu'il le fit selon l'obéissance et le rite.

« Saül dit : Appliquez-y tous les angles du peuple. » *Ibid.* 38. Les angles du peuple, ce sont les princes du peuple, auxquels le peuple adhérait.

« Allez maintenant, frappez Amalec et semez la ruine par tout son territoire. Ne l'épargnez point, mettez à mort hommes et femmes, l'enfant et le nourrisson, le bœuf et la brebis, le chameau

et nudiustertius, ascenderuntque cum eis in castris, reversi sunt ut essent cum Israel, qui erant cum Saul et Jonathan. Omnes quoque (al. *ergo*) Israelitæ, qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quod fugissent Philistiim, sociaverunt se cum suis in prælio. Et versus ad prædam; tulit oves et boves, et vitulos, et mactaverunt in terra, comeditque populus cum sanguine. » I *Reg*, XIV, 21, 22. Non fecit populum irritum juramentum, quo eos Saul adjuraverat, dicens : « Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar me de inimicis meis, » quia victoria jam potiti erant; sed peccasse Domino et cum sanguine comedisse dicuntur, quia contra legis præceptum antequam sacrificium vespertinum perageretur, comederunt. Sic itaque usus erat, ut quando homicidium ab eis, aut in suis, aut in exteris fiebat, ut non comederent, antequam sacrificium vespertinum pro eis fieret. Aliter peccasse Domino et comedisse cum sanguine dicunt : quia mactatis victimis, non obtulerunt ad sanctuarium sacerdotibus, juxta legis præceptum, adipem et sanguinem, cum videlicet sanctuarium secum haberent. Quando locus sanctuarii procul erat, jubetur (al. *jubebatur*) sanguis victimarum in terram fundi, de his videlicet victimis quas ad suos esus præparabant. Quando vero sanctuarium præsens erat, sanguis hostiarum super altare Domini jubetur fundi, sicut est illud in libro Deuteronomii : « Sanguinem hostiarum tuarum fundes in altari; carnibus autem ipse vesceris. » Quod præfatus tamen non fecit populus; peccasse idcirco dicitur Domino, et cum sanguine comedisse.

« Ædificavit autem Saul altare Domino. Tunc primum cœpit ædificare altare Domino. » *Ibid.* 35. Hebræus non habet *primum*. Quærendum itaque cum antea legatur ædificasse altare, quando a Samuele increpatus est, cur hic dicatur, « tunc cœpit ædificare altare Domino. » Ædificasse itaque antea legitur altare ; sed quia inobedienter illud ædificavit, non Domino ædificasse intelligitur. Hic autem quia obedienter et recte illud ædificavit, Domino ædificasse perhibetur.

« Dixitque Saul : Applicate huc universos angulos populi. » *Ibid.* 38. Angulos populi, principes populi vocat, quibus idem populus adhærebat.

« Nunc ergo vade et percute Amalec, et demolire universa ejus. Non parcas ei, sed interfice a viro usque

et l'âne, et tous ses animaux. » I *Reg*. xv, 3. Le Seigneur ordonne de détruire jusqu'aux animaux dont se sert Amalec, pour que sa mémoire ne vive plus même en eux. Le Seigneur en effet avait dit qu'il effacerait la mémoire d'Amalec sous le ciel. Voilà pourquoi Saül reçoit l'ordre de l'anéantir depuis l'homme jusqu'à la bête de somme. Et parce que la mémoire d'Amalec ne fut pas complétement abolie, Saül fut accusé de péché et de désobéissance. Voici ce que le livre du Deutéronome dit d'Amalec : « Souviens-toi de ce que t'a fait Amalec sur la route quand tu sortais d'Egypte ; comment il se porta à ta rencontre, et mit en pièces ton arrière-garde qui s'était arrêtée par fatigue. » Dans ces hommes fatigués, les Hébreux voient les immondes qui demeuraient hors du camp d'après la loi. Il est dit que les Amalécites les mirent en pièces, parce que, au rapport des mêmes interprètes, ils retranchèrent leur circoncision et la lancèrent vers le ciel, en signe de dérision contre Dieu.

« Saül dit aux Cinéens : Allez, partez, éloignez-vous, de peur que je ne vous enveloppe dans sa perte. Vous avez en effet agi dans la miséricorde avec tous les fils d'Israël quand ils venaient d'Egypte. » *Ibid*. 6. Céni est le même que Jéthro, parent de Moyse ; de lui descendaient les Cinéens, qui étaient venus vers Amalec, avec lequel ils habitaient et qui était d'ailleurs leur allié par le sang ; aussi avaient-ils leur héritage sur le même territoire. L'Ecriture dit que Céni agit dans la miséricorde avec les fils d'Israël, soit parce qu'il accueillit fort bien Moyse dans la terre de Madian, soit parce qu'il lui donna des conseils sur la manière de gouverner la multitude du peuple.

« Samuël reçut la nouvelle que Saül était venu sur le Carmel, et y avait érigé un arc-de-triomphe. » *Ibid*. 12. Après la victoire, comme signe de cette victoire, on élevait un arc de branches de myrte, de palmier et d'olivier.

« Le peuple apporta des bœufs et des brebis, les prémices des victimes immolées. » *Ibid*. 21. Par prémices il faut entendre ici les parties principales et les meilleures.

« Or le triomphateur en Israël ne sera point avare, et ne sera point fléchi par le regret ; car il n'est pas un homme, en sorte qu'il puisse se repentir. » *Ibid*. 29. On lit dans l'Hébreu : « Or le triomphateur ne trompera point Israël. » Ce triomphateur est Dieu. Il ne trompera point, parce qu'il est prodigue des biens qu'il promet à ceux qui le servent. Il n'éprouvera point de regret, parce qu'il n'a aucun regret des biens qu'il donne.

« Maintenant honorez-moi devant les vieillards de mon peuple, et devant Israël. » *Ibid*. 30. Honorez-moi en tant que roi, afin que je vous précède comme roi, et vous me suivrez, « afin que j'adore

ad mulierem, et parvulum atque lactentem, bovem et ovem, et camelum et asinum, atque jumenta. » I *Reg*. xv, 3. Ideo autem Dominus jumenta Amalec demoliri jubet, ut nec in jumentis ejus memoria fieret. Dominus enim dixerat se deleturum memoriam Amalec de sub cœlo. Idcirco præcipitur Sauli, ut eum penitus ab homine usque ad jumenta deleret. Sed quia ejus memoria, id est, Amalec penitus deleta non fuit, Saulis peccatum et inobedientia in causa exstitit. De quo Amalec ita in Libro Deuteronomii dicitur : « Memento quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Ægypto ; quomodo occurrerit tibi, et extremos agminis tui qui lassi residebant, ceciderit. » Lassos hic Hebræi immundos secundum legem extra castra manentes intelligunt ; quos cecidisse Amalecitæ dicuntur, quia, sicut ipsi tradunt, eorum circumcisionem amputaverunt et in subsannationem Dei, in cœlum projecerunt.

« Dixitque Saul Cinæo : Abite, recedite atque discedite, ne forte involvam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Ægypto. » *Ibid*. 6. Ceni ipse est Jethro cognatus Moysi, de cujus genere erant Cinæi qui descenderant ad Amalec, et habitabant cum eo, qui utique consanguineus eorum erat ; et hæreditatem in ejus terra habebat. Misericordiam vero Ceni cum filiis Israel fecisse dicitur, sive quia Moysen fovit in terra Madian, sive quia consilium dedit Moysi qualiter multitudinem populi gubernaret.

« Nuntiatum est autem Samueli eo quod venisset Saul in Carmelum, et erexisset ibi fornicem triumphalem. » *Ibid*. 12. Quando victoria potiebantur, faciebant arcum de myrtetis et palmis et olivis, ob signum victoriæ.

« Tulit autem populus oves et boves, primitias eorum quæ cæsa sunt. » *Ibid*. 12. Primitiæ hic ea quæ potiora et meliora erant, intelligendæ sunt.

« Porro triumphator in Israel non parcet, et pœnitudine non flectetur ; neque enim homo est, ut agat pœnitentiam. » *Ibid*. 29. In Hebræo legitur, « porro triumphator Israel non mentietur. » Triumphator iste Deus est. Non mentietur, quia ea quæ promittit sibi famulantibus, largitur. Pœnitudine non flectetur, quia non pœnitet eum de bonis quæ largitus est.

« Sed nunc honora me coram senioribus populi mei, et coram Israel. » *Ibid*. 30. Honora me sicut regem,

le Seigneur ton Dieu. » Les vieillards de son peuple désignent sa tribu, et les mots « en présence d'Israël, » les autres tribus.

« Un des enfants répondit : J'ai vu le fils d'Isaï de Bethléem » etc. I *Reg.* XVI, 18. On rapporte que cet enfant était l'Iduméen Doech, ennemi de David; et tout ce qu'il paraît avoir dit à la louange de David, il le disait en haine de lui, parce que, poussé par la haine et l'envie, il voulait qu'il se rendît auprès de Saül, où il trouverait la mort de quelque manière.

« Et l'esprit de Dieu fut en David depuis ce jour-là et dans la suite. » *Ibid.* 13. L'esprit de Dieu fut dirigé sur lui, parce que c'est alors qu'il commença à chanter les Psaumes.

« Et un homme impur, du nom de Goliath, sortit du camp des Philistins. » I *Reg.* XVII, 4. Il est qualifié d'impur parce qu'il était né d'un père géant et d'une mère Géthéenne.

« Quant à David, il était fils d'un Ephratéen de Bethléem de Juda, qui s'appelait Isaï et avait huit enfants. » *Ibid.* 12. On se demande pourquoi le nombre des enfants est porté à huit en ce passage, quand les Paralipomènes disent sept seulement. Cela s'explique ainsi. On compte parmi les enfants d'Isaï le prophète Nathan, né de son fils Sammaa, et qu'il avait élevé et nourri comme son propre fils. L'Ecriture dit en effet que sept de ces enfants furent conduits devant Samuel, que le huitième était aux pâturages. *Ibid.* 10. Evidemment, on compte parmi ces enfants Nathan, appelé aussi Jonathan, et dont il est dit à la fin du livre de Samuel : « Il fut frappé par Jonathan, fils de Sammaa, frère de David. » II *Reg.* XIII, 21. Il est à remarquer que, partout où il est qualifié Prophète, c'est sous le nom de Nathan, et non de Jonathan.

« Vous visiterez vos frères pour savoir s'ils agissent bien et apprendre en quelle compagnie ils vivent. » I *Reg.* XVII, 18. Le texte hébreu porte : « Vous visiterez vos frères pour savoir s'ils agissent bien ; et vous prendrez leurs gages. » Par gages en cet endroit, les Hébreux entendent l'acte de répudiation. Ils rapportent que la coutume de leur nation était qu'un Hébreu, quand il partait pour la guerre, donnât à sa femme un acte de répudiation ; en sorte que s'il arrivait à son mari d'être pris dans le combat et mené en captivité, la femme, après avoir attendu vainement son retour pendant trois ans, pouvait se remarier.

« Pourquoi êtes-vous venu et avez-vous abandonné votre petit troupeau dans le désert ? Je connais l'orgueil et la méchanceté de votre cœur. » *Ibid.* Il dit qu'il connaît l'orgueil et la méchanceté de son cœur, parce que dans sa pensée David est enflé de ce que Samuel lui a donné l'onction royale.

ut ego præcedam sicut rex, et tu subsequaris, « ut adorem Dominum Deum tuum. » Senes autem populi sui, suam tribum ; et coram Israel, cæteras tribus Israel dicit.

« Et respondens unus de pueris, ait : Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem, » I *Reg.* XVI, 18, et cætera. Puer iste Doech Idumæus fuisse perhibetur, inimicus David; et omnia quæ de David in laudem dixisse videtur, in odium ejus dixisse dicitur, quia volebat inimicitiæ causa et invidiæ livore ut ad Saul veniret, quatenus ibi qualibet occasione necaretur.

« Et directus est spiritus Domini in David a die illa et in reliquum. » *Ibid.* 13. Ideo directus in eum Spiritus Domini dicitur, eo quod tunc Psalmos canere cœperit.

« Et egressus est vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath. » I *Reg.* XVII, 4. Spurius dicitur, quia a patre gigante, matre vero Gethæa natus erat.

« David autem erat filius viri Ephratæi de Bethlehem Juda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios. » *Ibid.* 12. Quæritur cur hic octo filios habere dicatur, cum in Paralipomenon non amplius quam septem legantur. Quod ita solvitur. Nathan, Prophetam filium Sammaa filii sui, quem in loco filii educaverat et nutrierat, inter filios annumerat. Nam et coram Samuele septem ejus filii leguntur adducti fuisse, et octavus esse in pascuis. *Ibid.* 10. Inter quos Nathan adductum fuisse manifestum est, qui et Jonathan vocatur. De quo in extrema parte Samuelis dicitur : « Percussit autem eum Jonathan filius Sammaa fratris David. » II *Reg.* XII, 21. Et notandum, quod ubicumque Propheta vocatur, Nathan scribitur, non Jonathan.

« Et fratres tuos visitabis si recte agant; et cum quibus ordinati sunt, disce. » *Ibid.* 18. In Hebræo ita habetur : « Et fratres tuos visitabis, si recte agant; et pignora eorum tolles. » Pignora in hoc loco Hebræi libellos repudii intelligunt. Siquidem usum illius gentis fuisse ferunt, ut quando ibatur ab eis in pugnam, libellos repudii uxoribus suis darent; ut si contigisset virum in prælio capi, et in captivitatem duci, mulier ejus exspectatis tribus annis, si vir ejus non redisset, alium duceret virum.

« Quare venisti, et quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto ? Ego novi superbiam tuam et nequitiam cordis tui. » *Ibid.* 28. Nosse se dicit illius superbiam et nequitiam cordis, quia putabat eum tumore cordis elevari, eo quod Samuel unxisset illum in regem.

« David, prenant la tête du Philistin, la porta à Jérusalem ; il déposa les armes de Goliath dans son tabernacle. » *Ibid.* 54. C'est par anticipation que David est annoncé comme ayant porté la tête de Goliath à Jérusalem, ce qu'il fit plus tard. Il ne faut pas non plus entendre qu'il déposa les armes de son ennemi dans sa demeure, mais dans le tabernacle du Seigneur, d'où elles lui furent rendues plus tard par le grand prêtre Abimélech.

« Abner dit : Vive votre âme, ô roi, si je sais. » *Ibid.* 55. C'est une façon de parler conforme à celle de cette phrase : « Naboth bénit Dieu et le roi; » III *Reg.* XXI, 13, comme s'il disait : Périsse votre âme, ô roi, si je sais. Autrement : Que je voie votre mort, si je sais.

« Après un autre jour un esprit mauvais de Dieu envahit Saül, et il prophétisait au milieu de sa maison. » I *Reg.* XVIII, 10. Il prophétisait à la manière des plagiaires; il faut entendre qu'en ce qu'il prophétisait, il ne faisait que rapporter les paroles d'autrui.

« Et David sortait, et il rentrait en présenee du peuple. » *Ibid.* 13. Quand on allait au combat il marchait à la tête et retournait de même selon la coutume royale.

« Saül dit : Je la lui donnerai, afin qu'elle se change pour lui en scandale, afin que la main des Philistins s'appesantisse sur lui. » *Ibid.* 21. Saül pensait que David pourrait succomber en ces deux dangers : ou dans les embûches de sa fille, qui lui était très-dévouée, ou à cause des prépuces des Philistins, que David ne pouvait se procurer qu'en entrant en guerre avec ces Philistins. « Saül donc dit à David : Vous serez aujourd'hui mon gendre à deux égards. » A deux égards parce que David avait déjà apporté les prépuces des Philistins pour obtenir Mérob que Saül donna au Moholathite Adriel, et qu'il en apporta plus tard deux cents pour obtenir Michol. Quoique Saül ne parle pas ouvertement du premier apport fait par David, toutefois, en lisant attentivement ce qui précède et ce qui suit, on reconnaîtra qu'il y eut deux apports faits par David. On peut encore expliquer autrement : A deux égards vous serez aujourd'hui mon gendre, parce que je vous ai demandé cent prépuces de Philistins, et que vous m'en avez apporté deux cents.

« Je sortirai, je me tiendrai auprès de mon père dans le champ où vous serez, je parlerai de vous à mon père et tout ce que je verrai, je vous l'annoncerai. » I *Reg.* XIX, 3. David avait dit que Saül descendrait dans le même champ que Jonathan et il avait concerté avec celui-ci de s'y cacher. Dans ce champ Saül avait coutume d'y venir souvent tenir conseil et il avait résolu d'y faire met-

« Assumens autem David caput Philistæi, attulit illud in Jerusalem ; arma vero ejus posuit in tabernaculo suo. » *Ibid.* 54. Quod dicit attulisse David caput Philistæi in Jerusalem, anticipatio est, quod postea fecit. Arma vero ejus, id est, Philistæi, non est intelligendum quod in suo posuerit tabernaculo, sed in tabernaculo Domini, de quo tabernaculo postea hæc ab Abimelech sacerdote suscepit.

« Dixitque Abner : Vivat anima tua, rex, si novi. » *Ibid.* 55. Secundum illud locutionis genus hoc dictum est, quo dictum est illud : « Benedixit Naboth Deo et regi ; » III *Reg.* XXI, 13; ac si diceret : Non vivat anima tua, rex, si novi. Aliter : Videam mortem tuam, si novi.

« Post diem autem alterum invasit Spiritus Dei malus Saul, et prophetabat in medio domus suæ. » I *Reg.* XVIII, 10. More arreptitiorum prophetabat : et prophetasse suum in hoc loco, non est aliud intelligendum, nisi aliena retulisse.

« Et egrediebatur David, et ingrediebatur in conspectu populi. » *Ibid.* 13. Quando egrediebantur in pugnam, ipse primus more regio egrediebatur in conspectu eorum, et regrediebatur.

« Dixitque Saul : Dabo eam illi, ut fiat illi in scandalum, ut sit super eum manus Philistinorum. » *Ibid.* 21. » His duobus periculis Saul David putavit interimi posse, scilicet aut insidiis filiæ suæ, a qua se videbat multum amari, aut causa præputiorum Philistinorum, propter quæ adipiscenda, Philistæos erat bello aggressurus. « Dixit ergo Saul ad David : In duabus rebus gener meus eris hodie. » In duabus rebus generum eum sibi futurum dicit, quia jam ei attulerat præputia Philistinorum pro Merob, quam Saul dedit Adrieli Moholathitæ, et postea pro Michol ducenta. Et quamvis non aperte dicatur pro Merob Saul præputia Philistinorum David dedisse, tamen qui præcedentia et subsequentia perlegerit, et perscrutatus fuerit, inveniet eum bis Sauli præputia Philistinorum dedisse. Potest etiam et aliter intelligi. In duabus rebus gener meus eris hodie, quia ego quæsivi a te centum præputia Philistinorum, et tu obtulisti ducenta.

« Ego autem egrediens stabo juxta patrem meum in agro ubi tu fueris, et ego loquar de te ad patrem meum, et quodcumque videro, nuntiabo tibi. » I *Reg.* XIX, 3. Descensurum namque Saulem in eumdem agrum Jonathan, David dixerat, et ut in eodem agro David absconderetur, collocutum inter eos fuerat. In quem agrum crebro Saul consiliandi gratia conve-

tre à mort David, ce que Jonathan avait révélé à ce dernier.

« Saül se dépouilla aussi de ses vêtements, et prophétisa devant Samuël.» *Ibid.* 24. Là surgit une question épineuse, puisqu'on lit plus haut que Samuel ne vit pas Saül jusqu'au jour de sa mort et qu'il est dit ici que Saül prophétisa devant Samuel. Les Hébreux résolvent la difficulté de deux manières : Ou il le vit parce que, quand Saül se fut joint à la troupe des prophètes, Samuel se cacha pour n'en être point aperçu. Ou il ne le vit pas revêtu des insignes royaux qu'il portait quand il a été dit : « Il ne le vit pas jusqu'au jour de sa mort, » en sous-entendant : Revêtu d'un manteau royal. Il faut comprendre que Saül ne se dépouilla pas de tous ses vêtements, mais seulement de ses insignes de roi.

« Que le Seigneur soit avec vous, comme il fut avec mon père. Et si je vis, faites-moi la miséricorde du Seigneur. » I *Reg.* xx, 1, 2. « Que le Seigneur soit avec vous comme il fut avec mon père, » c'est-à-dire qu'il fasse votre règne grand, comme il fit grand celui de mon père. « Et si je vis, faites-moi la miséricorde du Seigneur, » celle sans doute de vivre selon Dieu sous votre sceptre. « Et si je meurs, vous ne retirerez jamais votre miséricorde de ma maison. »

« David vint à Nobé vers le grand prêtre Ahimélech » I *Reg.* xxi, 1, qui est le même qu'Aja, fils d'Ahitob, fils de Phinées, fils d'Héli.

« Et les vases des enfants furent saints. » *Ibid.* 5. Ahimélech demande si David et ses enfants, qu'il avait dit avoir conduits d'un lieu à un autre, étaient purs. Mais David cache plusieurs mystères sur lui-même en sa réponse : « Les vases des enfants furent saints » de toute liaison conjugale. Le passage : « Or cette voie est souillée, » qui est en ces termes dans le texte hébreu : « Or cette voie est laïque, » doit être ainsi expliqué : Cette voie est laïque, c'est comme s'il disait : La loi prescrit que les étrangers ne doivent point manger de ceci, et vous demandez si ces enfants sont purs quand ils ne pourraient pas s'en nourrir, alors même qu'ils seraient purs. C'est pourquoi cette voie est laïque, puisque vous interrogez à la manière des laïques. Pour ce qui suit : « Mais elle-même sera sanctifiée aujourd'hui dans ces vases : » cette voie sera sanctifiée dans les vases, c'est-à-dire en son esprit, parce qu'il ne mangerait pas de ces pains, s'il n'y était contraint par la nécessité et au péril de sa vie. Toutefois, l'Ecriture ne dit pas expressément que David mangea de ces pains. Les Hébreux prétendent qu'il n'en mangea point, mais il en fut autrement selon la parole du Seigneur dans l'Evangile. *Matth.* xii, 4.

nire solebat, ubi etiam constitutum fuerat, ut occideretur David, quod et Jonathan indicaverat David.

tam. Sub ipso erunt radii solis; sternit sibi au-
quasi lutum, cum eos sibi subditos facit in sordibus peccatorum.
Hoc sæculum, quod maris profundo com-
rum quasi lutum. Fervescere faciet quasi ollam
paratur, fervescere facit ad iniquitatem.
Diabolus suos sequaces carnali concupis-
profundum maris, et ponet quasi cum unguenta
centia accendit, ut ferveant ad amanda terrena.
Quia in fine intelliget se egere pœnitentia, quam nun-
quam adipiscetur. Mundum credit
ebulliunt. Post eum lucebit semita; æstimabit
in peccatis semper mansurum, non attendens post Christum conversum.
quia nulla creatura in
abyssum quasi senescentem; non est super
potestati talis est, nec malitia et nequitia. sic in duritia est cor
terram potestas quæ comparetur ei : qui factus
ejus, dum primo omnes præcellebat. In sublime atque in excelsum
est ut nullum timeret. Omne sublime videt, et
erigitur. Caput et princeps omnium superborum. Angeli ejus et homi-
nes impii facti sunt filii superbiæ ejus, imitantes eum.
ipse est rex super universos filios superbiæ.

CAPUT XLII.

Diabolum
Respondens autem Job Domino, dixit : Scio
humilias quomodo vis, et quanto vis. B. Job pœnitens Deo cogitationes
quia omnia potes, et nulla te latet cogitatio.
suas confitetur.
Nemo potest consilium a conscientia tua abscondere.
Quis est qui celat consilium absque scientia?
Jam in subsequentibus errorem suum manifestavit, et insipientiam con-
fitetur, per quam ignorans ad Deum loquendi modum excesserit, et
Ideo insipienter locutus sum, et quæ ultra modum
per notitiam increpationis divinæ ad emendationem erectus est.
Post increpationem Domini,
excederent scientiam meam. Audi, et ego loquar;
deposita insipientia, audet interrogare. Post tentationis pro-
interrogabo te, et ostende mihi. Auditu auris
bationem proximior factus divinæ cognitioni, jam dicit se Deum videre,
quem antequam examinaretur, audisse.
id est cordis. id est, mentis. se dixit. Quia
audivi te; nunc autem oculus meus videt te : Id-
quanto quis propinquius Deum intelligit, tanto humilior efficitur. Sive
circo ipse me reprehendo, et ago pœnitentiam in

répondez-moi, je vous prie. J'avais seulement entendu parler de vous; mais je vous vois de mes propres yeux. C'est pourquoi je m'accuse moi-même, et je fais pénitence dans la poussière et dans la cendre. Le Seigneur ayant parlé à Job de cette sorte, dit à Eliphaz de Théman : Ma fureur s'est allumée contre vous et contre vos deux amis, parce que vous n'avez point parlé devant moi dans la droiture de la vérité comme mon serviteur Job. Prenez donc sept taureaux et sept béliers, et allez à mon serviteur Job, et offrez-les pour vous en holocauste. Job mon serviteur priera pour vous, je le regarderai et l'écouterai favorablement, afin que cette imprudence ne vous soit point imputée, parce que vous n'avez point parlé dans la droiture de la vérité comme mon serviteur Job. Eliphaz de Théman, Baldad de Suth et Sophar de Naamath, s'en allèrent donc, et firent ce que le Seigneur leur avait dit; et le Seigneur écouta Job en leur faveur. Le Seigneur aussi se laissa fléchir à la pénitence de Job, lorsqu'il priait pour ses amis, et il lui rendit au double tout ce qu'il possédait auparavant. Tous ses frères, toutes ses sœurs et tous ceux qui l'avaient connu dans son premier état vinrent le trouver et mangèrent avec lui dans sa maison.

reur, il ose interroger. L'épreuve de la tentation l'a rapproché plus qu'il n'était de la connaissance de Dieu, et maintenant il dit qu'il voit droit, tandis qu'auparavant il l'avait entendu sans le voir. Son cœur lui avait parlé de Dieu ; l'œil de l'intelligence le lui montre à présent. Parce qu'un homme devient d'autant plus humble, qu'il comprend qu'il est plus près de Dieu. D'autres lisent : « C'est pourquoi je me suis méprisé moi-même, et je me suis regardé comme terre et cendre. » Ici apparaît que les amis de Job lui avaient injustement fait injure. Il reprend sévèrement ces amis selon sa justice, et il les change par sa miséricorde. Nous voyons là qu'il ne convient à personne d'accuser avec aigreur celui que Dieu frappe de sa correction. En appelant Job son serviteur, Dieu montre que ce que le saint homme avait dit pour sa défense ne procédait pas d'un orgueil sans frein, mais était conforme à l'humilité. Paroles qui montrent que le péché de la médisance ne peut leur être remis, à moins que le bienheureux Job lui-même prie le Seigneur pour eux et n'offre un sacrifice de propitiation. Le Seigneur écouta Job, parce que quiconque s'efforce d'intercéder pour le prochain, obtient pour lui-même le suffrage de la charité auprès de Dieu. On le voit, Job repentant pour lui-même mérita d'être exaucé d'autant plus vite, qu'il avait charitablement intercédé pour les autres. Ses biens furent doublés au moyen de ceux que Dieu lui rendit et de ceux qu'il lui accorda après sa calamité; mais cette duplication se fit par des accroissements successifs, et non par une agglomération soudaine. Il faut entendre toute sa parenté, tous ceux de sa race, ses connaissances et les amis qui avaient connu sa puissance royale. Le repas montre leur déférence pour lui ; il était

favilla et cinere. Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Job, dixit ad Eliphaz Themaniten : Iratus est furor meus in te, et in duos amicos tuos; quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Job. Sumite ergo vobis septem tauros, et septem arietes, et ite ad servum meum Job, et offerte holocaustum pro vobis, Job autem servus meus orabit pro vobis. Faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia; neque enim locuti estis ad me rectum, sicut servus meus Job. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, et Baldad Suites, et fecerunt sicut locutus fuerat eis Dominus. Et suscepit Dominus faciem Job. Dominus quoque conversus est ad pœnitentiam Job, cum ille oraret pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia, quæ fuerant Job, duplicia. Venerunt ad eum omnes fratres sui, et universæ sorores suæ, et cuncti qui noverant eum prius. Et comederunt cum eo panem in domo ejus. Et moverunt super

ut alii dixerunt : « Ideo despexi memetipsum, et æstimavi me terram et cinerem. » Hic demonstratur, quod amici Job injuriam non recte locuti fuerunt contra eum. Amicos ejus per justitiam districte redarguit, et per misericordiam benigne convertit. Hic intelligimus, quod nulli expedit cum insultatione arguere in Dei castigatione constitutum. Dum eum servum appellat, ostendit quod cuncta, quæ in defensione sua dixerat, non contumaci superbia, sed humilitate dixit. Hic ostenditur, quod peccatum illud exprobrationi eis remitti non possit nisi ipse beatus Job Dominum pro illis oraverit, et holocaustum propitiationis obtulerit. Beati Job faciem suscepisse dicitur, quia quisquis pro aliis intercedere nititur, sibi potius ex ipsa charitate suffragatur. Ostenditur, quod etiam pro semetipso pœnitens, tanto citius exaudiri meruit, quanto devote pro aliis intercesserit. Sed et illi duplicati sunt in his, qui a Deo translati sunt, et in his, quos iterum genuit post suam calamitatem; sed hæc duplicatio per aliquantulum crevit, non subito conglobata est. Omnis cognatio, et familia ejus generis intelligenda est, et noti et amici ejus, qui prius noverant regalem potentiam ejus. In convivio honoris ejus reverentia ostenditur, quia ab eo omnium sordium squalor abstersus est. In motu capitis, convenien-

désormais délivré de l'aspect repoussant des ulcères.
Le mouvement de la tête nous fait connaître la joie de
tous ceux qui venaient à lui. Un homme prouve
Ils remuèrent la tête sur lui, et ils le conso-
d'autant plus qu'il a eu compassion d'un mal qui n'est
plus, qu'il se réjouit davantage du retour de son pro-
laient de toutes les afflictions que le Seigneur
chain à la prospérité. Ils lui firent un présent comme
lui avait envoyées ; ils lui donnèrent chacun
à un homme misérable et qui ne possède absolument
rien ; si la réunion de ces petits présents produisit le
double de ses richesses, grande fut la multitude de
ceux qui vinrent le trouver, puisque chacun donna
bien peu, et qu'il devint tout à coup possesseur de
biens si considérables.
une brebis et un pendant d'oreille d'or. Mais
L'auteur de ce livre aurait pu dire aussi par anticipa-
tion que Job après ces épreuves, posséda, grâce à la
le Seigneur bénit Job dans son dernier état
bénédiction du Seigneur, ses richesses doublées pen-
dant 140 ans de sa vie ; mais l'histoire ne nous apprend
plus que dans le premier, et il eut quatorze
pas que le nombre de ses fils ait été doublé. Pour l'é-
dification de notre foi il faut donc conclure que Dieu
lui rendit autant de fils qu'il en avait perdus, afin que
mille brebis, six mille chameaux, mille paires
le double de tous ses autres biens lui ayant été rendu
par Dieu, il crût également avoir le double de fils,
parce que, en tant que serviteur très-fidèle du Seigneur,
de bœufs et mille ânesses. Il eut aussi sept
il ne pouvait douter que ceux qu'il avait envoyés à
Dieu avant lui n'avaient pas péri.
fils et trois filles et il appela la première Jé-
mima, la seconde Cassia et la troisième Ke-
ren-Happouc. Il ne se trouva point dans tout
le reste du monde des femmes belles autant
que ces filles de Job : et leur père leur donna
leur part dans son héritage comme à leurs
frères. Job vécut après cela cent quarante
ans. Il vit ses fils et les enfants de ses fils
jusqu'à la quatrième génération, et il mou-
rut fort âgé et plein de jours.

CONCLUSION.

Gloire à vous Dieu le Père, gloire au Fils unique de Dieu, gloire au Saint-Esprit dans les siècles des siècles.

Le bienheureux Job, en ses paroles et en ses souffrances, a été la figure de Jésus-Christ. Sa femme, au contraire, est l'emblème des hommes charnels qui, placés au dedans de l'Eglise, scandalisent par leurs mœurs la vie des saints. Les amis de Job représentent les hérétiques. Eliu est l'image des Gentils. Mais en dernier lieu, quand la gentilité est éteinte et détruite, les hérétiques sont envoyés par Dieu au-devant de Jésus-Christ, et sont réconciliés avec Dieu par le médiateur. Dans l'holocauste des septs taureaux et des béliers, l'Ecriture indique la pénitence qui satisfait

tium ad eum lætitiam novimus. Ostenditur quod quanto quis cernitur
cum caput, et consolati sunt eum super
de restituta proximi salute gaudere, tanto se indicat de ablata doluisse.
omni malo, quod intulerat Dominus super eum.
Muneris gratia velut inopi et penitus nihil habenti dederunt, et si in
hac parva collectione duplicatæ sunt ei divitiæ ejus, grandis multitudo
fuit convenientium ad eum, quia a singulis parvum accepit, et subito
Et dederunt ei unusquisque ovem unam, et inau-
tantarum divitiarum factus est dominus.
Potuit hoc scriptor libri hujus et per
rem auream unam. Dominus autem benedixit
anticipationem dixisse, ut post tentationem illam 140 annos vitæ suæ,
benedicente Domino, in duplum cumulatas divitias possederit, filiorum
novissimis Job, magis quam principio ejus, et
vero duplicatum numerum non legimus. Propter ædificationem itaque
fidei nostræ tantos ei filios a Deo redditos, quantos amiserat, sentien-
facta sunt ei quatuordecim millia ovium, et sex
dum est, ut omnium bonorum suorum substantia in duplum sibi a Deo
reddita, etiam filios in duplum habere se crederet, qui utpote fidelis-
millia camelorum, et mille asinæ, et fuerunt
simus Dei servus, minime dubitare deberet eos sibi, quos ad Deum
præmiserat, non perisse.
septem filii, et tres filiæ. Et vocavit nomen unius
Diem, et nomen secundæ Cassiam, et nomen
tertiæ Cornustibia. Non sunt autem inventæ mu-
lieres speciosæ sicut filiæ Job in universa terra.
Deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres
earum. Vixit autem Job post hæc centum qua-
draginta annos, et vidit filios suos, et filios filio-
rum usque ad quartam generationem, et mor-
tuus est senex et plenus dierum.

CONCLUSIO.

Gloria tibi Pater, gloria Unigenito, cum sancto Spiritu, in sempiterna sæcula.

Beatus vero Job ex suis verbis et passionibus, Christi expressit imaginem. Conjux vero ejus carnalium typum designat, qui intra Ecclesiam positi, vitam spiritualium moribus suis scandalizant. Amici ejus figuram hæreticorum designant. Eliu vero gentilitatis habuit imaginem. Sed nunc exstincta gentilitate atque

par les prières et les aumônes. Quant à ces mots : « Le Seigneur accueillit Job, » et le reste, Jean dit de même: « Il est lui-même la propitiation auprès du Père. » Par conséquent, la face du Sauveur est accueillie par le Père, en ce sens qu'il nous exauce lui-même et qu'il est exaucé pour nous. « Et le Seigneur ajouta, » et le reste. Cet accroissement est ajouté à notre Seigneur Jésus-Christ, lorsque la multitude des Gentils est ajoutée au peuple juif. « Tous ses frères et sœurs. » Tout le peuple Juif, sa parenté, Jésus-Christ étant né de cette race. On peut aussi entendre la multitude de toutes les nations en général. « Ceux qui l'avaient connu auparavant. » Tous les Saints et les Prophètes qui le voyaient en Esprit, et qui annonçaient qu'il viendrait dans la chair. « Ils mangèrent avec lui. » Maintenant dans la maison de l'Eglise du Sauveur, tous les fidèles sont nourris des exhortations des Ecritures. « Et ils remuèrent la tête sur lui. » Tous les Saints sont dans l'allégresse parce qu'ils ont été faits participants du banquet spirituel et sacré de Jésus-Christ. « Et ils le consolèrent. » La rédemption du monde par sa propre passion est une grande consolation pour notre Sauveur. Or, il est dit que Dieu le Père a livré son fils aux maux de la passion et à la mort, dans le même sens que l'Apôtre a dit : « Il n'a pas épargné son propre Fils. » « Et chacun lui donna une brebis. » Chacun de ceux qui viennent à Jésus-Christ par la foi, lui offrira son innocence et l'obéissance de son esprit. « Le Seigneur bénit Job dans son dernier état plus que dans le premier. » L'Ecriture veut dire que le premier état de Jésus-Christ notre Dieu et notre Seigneur fut les temps antérieurs de la loi de Moïse, et montre que son dernier état fut son Evangile; or, la manifestation de la vérité dans l'Evangile est meilleure que l'ombre des allégories dans le vieux Testament. Pour ce qui est de la signification des noms des animaux, je me souviens de l'avoir donnée au début de ce travail. Les sept fils représentent les sept dons de la grâce du Saint-Esprit; et les trois filles, la Loi, les Prophètes et l'Evangile. Expliquons les noms des trois filles : Jémima, Cassia, Keren-Happouc. Jémima ou le jour, c'est la loi de Dieu, qui illumine la nuit de l'ignorance humaine des clartés de la connaissance de la vérité. Cassia, c'est le don de sainte prophétie. Keren-Happouc ou Cornustibia, s'applique admirablement aux richesses évangéliques. Keren ou Corne marque la dignité de l'Eglise. De même que le bienheureux Job après ses pertes fut enrichi dans ses fils, de même le Sauveur, après la perte des Juifs infidèles, fut enrichi dans les Gentils. « Il ne se trouva point d'au-

abolita, hæretici ad Christum a Deo præmittuntur, et per mediatorem Deo reconciliantur. In holocausto vero septem taurorum et arietum, orationum atque eleemosynarum satisfactione pœnitentia demonstratur. Quod autem ait : « Dominus suscepit faciem Job, » et reliqua; ut Joannes ait : « Ipse est propitiatio apud Patrem. » Sic itaque facies Salvatoris a Patre suscipitur, dum et ipse exaudit et exauditur pro nobis. « Et adjecit Dominus, » et reliqua. Illa igitur addita sunt Christo Domino, cum populo Judæorum, Gentium multitudo additur. « Omnes fratres et sorores. » Omnis cognatio populi Judæorum, de quorum familia Christus natus est. Sive generaliter omnium Gentium multitudinem intelligere possumus. « Qui prius noverant eum. » Omnes Sancti et Prophetæ qui eumdem videbant in Spiritu, quem etiam in carne venturum annuntiabant. « Comederunt cum eo. » Nunc in domo Ecclesiæ Salvatoris, omnes Fideles Scripturarum exhortationibus reficiuntur. « Et moverunt super eum caput. » Omnes Sancti exsultantes quod spiritalis et sacri Christi convivii effecti sunt participes. « Et consolati sunt eum. » Salvatorem nostrum non mediocriter consolatur, quod per ejus passionem mundus redemptus est. Intulisse autem dicit Filio suo Deum Patrem malum passionis et mortis, ut ait Apostolus : « Qui proprio Filio suo non pepercit. » « Et dederunt ei unusquisque ovem unam. » Unusquisque per fidem ad Christum venientium offeret ei innocentiam suam, mentisque obedientiam. « Dominus autem novissimis Job benedixit magis quam principio ejus. » Principia Christi Dei et Domini nostri, legis Moysi exordia esse significat, novissima vero ejus Evangelium esse monstrat, et melior est manifestatio veritatis in Evangelio, quam allegoriarum umbra in veteri Testamento. Quam vero significationem animalium vocabula in se contineant, in principio hujus operis dixisse me memini : Septem filii septiformem gratiam Spiritus sancti; et tres filiæ Legem, prophetas, et Evangelium significant. Nomina filiarum ejus, *Dies*, *Cassia*, *Cornustibia*. *Dies* ergo lex Dei est, quæ ad agnitionem veritatis, noctem humanæ ignorantiæ illuminat. *Cassia* sanctæ unctionis donum est. *Cornustibia* competentissime Evangelicis copiis coaptatur. Cornu vero ad dignitatem Ecclesiæ pertinet. Quemadmodum vero beatus Job post damnum ditatus est in filiis; ita et Salvator post amissionem infidelium Judæorum, ditatus est in Gentibus. « Non sunt autem inventæ mulieres speciosæ, » quia electorum animæ omne quod in terra conversatur,

tres femmes belles, » parce que la beauté des âmes des élus surpasse de beaucoup en éclat tout ce qui vit sur la terre. « Et le père leur donna leur part, » et le reste. Les sœurs viennent à l'héritage comme les frères, parce que les faibles sont admis au royaume de Dieu comme les forts. « Il vit ses fils. » La sainte Eglise voit ses fils quand elle considère la première génération de ses fidèles; elle voit les fils de ses fils en ce que ces fidèles lui en engendrent d'autres. Elle meurt pleine de jours, parce qu'à travers ces temps passagers, elle opère ce qui ne passe pas, en ce que les fidèles de l'Eglise et les bonnes œuvres durent éternellement avec Jésus-Christ.

suæ pulchritudinis decore transcendunt. « Deditque eis pater suus, » et reliqua. Sorores cum fratribus ad hæreditatem veniunt, quia infirmi in regnum Dei cum fortibus admittuntur. « Et vidit filios suos. » Sancta Ecclesia videt filios suos, cum primam fidelium sobolem conspicit; videt filios filiorum, cum ab eisdem fidelibus alios gignit fideles. Et plena dierum moritur, quia per hæc transeuntia tempora, operatur quod transire non poterit, quia fideles Ecclesiæ et opera bona cum Christo in æternum perseverant.

sime comprobatur, omnium mss. codicum consentiente fide Hieronymum hoc modo scripsisse : « Osanna : salvifica, quod Græce dicitur σῶσον δή. » Utrumque autem nomen per *o* litteram extensam » legendum. » Non ergo legendum falso ac ridicule, *quod Græce dicitur* ὡς ἀννὰ : quia *Osanna* Hebræum Græce dicitur σῶσον δή. Denique utrumque nomen legendum per extensam litteram, non est intelligendum de *Osanna* tam in Hebræa quam in Græca lingua, juxta hallucinatum Valesium : sed ita accipienda sunt Hieronymi verba, ut sciamus nomen Obed, et *Osanna* sequens sub littera O legendum per litteram extensam. Videat nunc prudens et studiosus lector quantam præbeat utilitatem liber Hebraicorum Nominum a nobis restitutus juxta primigeniam sinceritatem ac fidem, qua non solum editorum librorum Latinorum, sed et Græcorum exemplariorum manuscriptorum errores multiplices castigandi certo noscuntur. De *Osanna* autem apud Græcos scripto et illud commoneo, in Græcis Fragmentis et Origeniano Lexico, reperiri Ὡσαννὰ ubique sine ulla distinctione syllabarum, et semper in illis expressum σῶσον δή, vel δόξα. Quibus profecto observationibus omnis imperitia Latinorum atque Græcorum exclusa est ac castigata. Nec propterea tamen eo inficias, nomen *Osanna* apud imperitos olim scriptum esse ac separatum in duo vocabula; id enim satis aperte docet Hieronymus in cap. XXI Matth. dicens : « *Nemo ergo putet ex duobus verbis, Græco videlicet et Hebræo sermone esse compositum, sed totum Hebraicum*, etc. » Putabatur, forte ὡς Græcum esse, et ἀννὰ, Hebræum : quam opinionem refellit hoc loco S. Doctor, monens nomen totum esse Hebræum.

Ex ignorato, vel male edito volumine Hebraicorum Nominum alios errores bene multos propagatos fuisse apud interpretes hodiernosque scriptores, levi opera ostendere potuissem; sed exempla jam allata, quia insigniora sunt et domestica, pro sexcentis aliis sufficere credo. Nec tamen silentio præterire mihi licet, quod de *Osanna* interpres Latinus edidit ex Catena Græca in Joannem ad finem cap. VIII. Ridiculam enim rem posuit, dum Græca isthæc interpretaretur : Ἰωβὴλ γάρ ἐστιν Ὡσαννεὶ διπλασιαζόμενος, ὁ Θεὸς, ὁ θεός Ἰωὰ γὰρ καὶ Ἐλὰ, παρ' Ἑβραίοις ὁ Θεὸς ὀνομάζεται. Hoc est, si interpreti credimus : *Jubil enim est Hosanna geminatum, id est Deus, Deus*; *Jehova enim et El apud Hebræos Deus appellatur*. Quam absurdum atque alienum sensum a Græco contextu expresserit Latina hæc translatio, facile intelligit qui vel levi aura Hebræi sermonis fuerit afflatus. Quomodo enim in voce Ἰωβὴλ geminatum Ὡσαννεὶ, et in *Hosanna* duplex *Deus*, id est, bis vocabulum *Deus* inveniri possit, nec Rabbinorum acutissimus, nec Hebraizantium pertinacissimus explicare sibi permittet : quia stultis etiam patet falsam et penitus obsonam esse hujusmodi interpretationem. Itaque sensus Scriptoris Græci hic certo certior est, in voce Ἰωβὴλ, *Jobel*, duplex Dei nomen inveniri, Ἰὼ nempe, et ἤλ, sive Ἰωὰ et Ἠλὸ, quod utrumque *Deum* sonat apud Hebræos. Deinde Ἰωβὴλ species est Ὡσαννεὶ, hoc est, *laudis et confessionis*, ut Græca verba, Ἰωβὴλ γάρ ἐστιν Ὡσαννεί, *Jobel enim est Hosanna*, manifeste declarant. *Osanna* vero *gloria* et *laus* dicitur, id est, δόξα, in codice ms. Colbertino; quia honoris causa illud nomen fuit olim acclamatum episcopis et presbyteris advenientibus. Unde Hieronymus lib. III Comment in Matth. cap. XXI : « Cumque » manum non audeant injicere sacerdotes, tamen » opera calumniantur; et testimonium populi at- » que puerorum, qui clamabant, *Osanna filio David*, » vertunt in calumniam : quod videlicet hoc non » dicatur nisi soli filio Dei. Videant ergo episcopi, » et quantumlibet sancti homines, cum quanto » periculo dici ista sibi patiantur : si Domino, cui » vero hoc dicebatur (quia necdum erat solida » credentium fides), pro crimine impingitur. » Eumdem Christianorum morem discimus ex Itinerario Hierosolymitano Antonini Monachi, p. 30 : « Ibi, inquit, venerunt mulieres in occursum cum infantibus, palmas in manibus tenentes, et ampullas cum rosaceo oleo : et prostratæ pedibus nostris, plantas nostras ungebant, cantabantque lingua Ægyptiaca psallentes antiphonam : *Benedicti vos a Domino, benedictusque adventus vester, Osanna in excelsis.* » Hinc habes rationem etymologiæ vocis *Osanna*, quæ secundo loco posita legitur in Colbertino exemplari Græco libri Hebraicorum Nominum ubi Ὡσαννὰ interpretatur δόξα, non juxta proprietatem linguæ Hebraicæ aut fidem elementorum, sed ex usu apud veteres Christianos usurpato, cum obviam procederent ante sanctos homines et episcopos, Christi vicarios doctores, quibus voces *Osanna in excelsis* acclamatæ fuerunt.

Magnam aliunde præbere potest utilitatem apud studiosos liber Hebraicorum Nominum, in componendis præcipue Criticorum vel interpretum controversiis circa vocabula nonnulla Scripturarum, quæ diversæ a diversis interpretata contendentium animos extollunt vehementer, cum e contrario comprimere debuissent apud Christianos scriptores, qui recti ac veritatis amantes, non disputationem veritate, sed veritatem disputatione se quærere profitentur. Quid de hisce verbis Matthæi, *cujus ventilabrum in manu sua*, non fuit ultro citroque disceptatum apud hodiernos interpretes atque interpretum censores? Nolunt Critici quidam homines ea exemplaria, Matthæi Latinam antiquam Vulgatam complexa, quæ legunt juxta hodiernam Vulgatam, *cujus ventilabrum in manu sua* : quia Cyprianus ex editione illa antiquissima Evangelii secundum Matthæum legebat, *ferens palam in manu sua.* Alios videas qui minime ferant eadem Evangelistæ verba sic Gallice conversa : *Il a le van en la main.* Ventilabrum enim, si illis credatur, non una tantum, sed utraque manu prehensum fuit ab Antiquis, et agitatum. Quod plures omnino negandum, censoriaque virgula notandum, viva voce ac scriptis observationum libris decernunt. Inter tot studiosorum virorum dissidia, et pugnantes sententias, si medius constituatur liber Hebraicorum Nominum, *palam* ac *ventilabrum* pro

eodem instrumento vulgo acceptum apud Veteres perspicue docebit; idemque penitus esse in Evangelio *ferens palam in manu sua;* ac cum dicitur, *cujus ventilabrum in manu sua*. Rursum si palam dictam ventilabrum concedamus, optima erit vernacula isthæc translatio nostra : *Il a le van en la main ;* quia pala una manu tenetur ab agricolis, dum sunt in procinctu ad mundandum in area triticum. Excussiones namque frumentariæ sicut in diversis regni partibus diversæ sunt : ita diverso modo agricolas excussa frumenta ventilare nulli dubium est. In Occitania cribro in media area suspenso utuntur ventilatores, quod quidem ventilabrum unica manu agitari potest, aut utraque si libeat. Apud nostrates autem Vascones eventilata semper vidi frumenta cum pala lignea, qua sursum a ventis purganda toto nisu elevantes longe a se ipsis projiciunt grana frumenti paleolis ac festucis permixta : e quibus vento perflante separata defluunt in terram munda atque purgata. Nec interim occasione ventilabri breviter a me perstricta sint ad commendationem libri Hebraicorum Nominum, in quo scriptum legimus, col. 69 : « *Nabuzardan, prophetavit palas, quæ ventilabra vulgo nuncupant.* » Palas igitur, quæ vulgo dicerentur ventilabra, in usu Veteres habuisse sæpius ad ventilandum, apertissime nos docuit præsens Hieronymi locus, non uno modo aptus ad Eruditorum lites dirimendas, ac Criticorum cavendas hallucinationes.

Præter jam commemoratas Libri Nominum utilitates multiplices, præcipuam aliam habet in obscuris sacrorum Bibliorum illustrandis sermonibus ac trium Scriptorum, quos parentes agnoscit, allegorico sensu probe manifestando. Multa enim clausa ac tenebris obsepta manent in libris sacris, inque Philonis, Origenis, et Hieronymi Commentariis, nisi lucem facemque lectori præferat ad intelligentiam volumen Hebraicorum Nominum. Sed quia longum est argumenta omnia et exempla singula recensere, quibus utilitas illa peculiaris approbari possit, et eam explicare prope res unius est voluminis : sufficiat prudentibus antea significasse ad quid maxime valeat; et quasi in quadam brevi tabella situs pinxisse terrarum, totiusque orbis vastitatem et ambitum oceani, angusto monstrasse compendio. Nec necesse est super hoc sæpe admonere lectorem, et prudentiæ ejus studioque diffidere.

PROPHETARUM NOMINA ET NOMINUM ETYMOLOGIÆ

HIERONYMUS.	GRÆCI.
Osee, interpretatur σώζων, quem nos salvantem possumus dicere.	Osee, σκιάζων, ἡ φύλαξ, id est, obumbrans, vel custos.
Joel, ἀρχόμενος, id est, incipiens.	Joel, ἀγαπητοῦ Θεοῦ, dilecti Dei.
Amos, βαστάζων, qui apud Latinos portans dicitur.	Amos, κάρτερος, ἢ πιστὸς, ἢ λαὸν ἀποσπῶν, validus, vel fidelis, vel populum avellens.
Abdias, id est, Obedia, δοῦλος Κυρίου, id est, servus Domini.	Abdias, δουλεύων Κυρίῳ, serviens Domino.
Jonas, περιστερὰ, hoc est, columba.	Jonas, περιστερὰ, id est, columba.
Micha, τίς ὡς, ex duabus orationis partibus nomen compositum, quod apud nos sonat *quis quasi*, aut *quis velut?*	Michæas, τίς οὗτος βασιλεὺς, hoc est, quis iste rex?
Naum, παράκλησις, id est, consolatio.	Naum, παράκλησις, id est, consolatio.
Abacuc, περιλαμβάνων, id est, amplexus, sive luctans.	Ambacum, πατὴρ ἐγείρων, hoc est, pater suscitans.
Sophonia, κεκρυμμένος Κυρίου, hoc est, arcanus Domini.	Sophonias, συνιέντα αὐτὸν, id est, intelligentem ipsum.
Aggæus, ἑορτάζων, quem nos festivum, sive solemnem possumus dicere.	Aggæus, ἑορτάζοντος, festum agentis.
Zacharia, μνήμη Κυρίου, id est, memoria Domini.	Zacharias, νικητὴς λέων, id est, victor leo.
Malachi, ἄγγελός μου, id est nuntius meus.	Malachias, ἄγγελος, ἡ σωτηρία Κυρίου, id est, angelus, vel salus Domini.
Isaias, σωτηρία Κυρίου dicitur, id est, salus Domini.	Esaias, σωτήριον Κυρίου, hoc est, salus Domini.
Ezechiel, κράτος Κυρίου, quod nos robur, vel imperium Domini possumus appellare.	Jezechiel, κράτος Θεοῦ, id est, fortitudo Dei.
Jeremias, ὑψηλὸς Κυρίου, id est, excelsus Domini.	Hieremias, ὑψούμενος Κυρίου, exaltatus Domini.
Daniel, ἔκρινέ με Κύριος, id est, judicavit me Dominus.	Daniel, Κρίσις αὐτοῦ ἰσχυρὰ, id est, judicium ejus validum.

Librum Hebraicorum Nominum hac contentione et comparatione Hieronymi cum Græcis Scriptoribus absolvendum existimavi; quia ex illa oppositione Hebræi sermonis peritia summa elucet in Hieronymo; nulla autem aut minima exsistit in Græcis Auctoribus etymologiarum Hebraicorum Nominum. Ex quo manifestum est etymologias quascumque violentas, quæ vel in libro Nominum, vel alibi apud Hieronymum occurrunt, Græcos habere parentes. Ubi enim suo sensu ac proprio marte Hieronymus Hebræas voces interpretatur, nihil ad ejus diligentiam et eruditionem perfectam addendum inveniet Hebraizantium magistrorum etiam acutissimus. Id ego contestatum volui ex Præfatione S. Doctoris in Commentarios in Joelem prophetam : cujus præfationis verba descripsi prout leguntur in vetustissimis exemplaribus manuscriptis; nam in editis antea libris præter pauca, omnia corrupta sunt Hebræa Græcaque nomina. De qua corruptione ac perpetua depravatione viros doctos admonui in Prodromo nostro S. Hieronymi; et licet noverim admonitionis meæ sinceritatem displicuisse quibusdam sciolis ac æmulis meis, qui contumeliis non paucis de statu meo deterrere me gestiebant, nihil moror hodie eorum imperitam morositatem, qua invita Epistolam dare statui ad c. v. Urbanum Chevreau, ut eum certiorem faciam de stupenda depravatione veterum editionum Hieronymi, eamque probem insigniori argumento et exemplo vocis ψυλλέα, pro qua nobis obtrudunt absurdissimum ψηφιστήν in præfatione Hieronymi jam laudata.

GLOSSÆ QUORUMDAM SCRIPTURÆ LOCORUM

ET

NOMINUM INTERPRETATIONES BRITONUM LINGUA.

EX ANTIQUISSIMO CODICE MS. COLBERTINO, NUM. 4951.

DE GENESI.

Furfum, dun, vel rot, *lege* sursum *pro* furfum.
Cervus emissus dicitur quando cervam sequitur. Et equus emissus quando equas sequitur.

DE EXODO.

Fiscellam, sportam thenil.
Sponsus sanguinis tu mihi es, id est puer, qui de sanguine meo natus est circumcisus.
Non mutiet, grennat, gillit : quia non nocet ei exterminator.
Pruinæ, brimus.
Pretium pudicitiæ, id est xii solidos qui ipsam tradidit marito, debet puellæ dare.
Mittens crabones, id est, urnite, propter terrorem dixit, vel angelos malos.
Pelles arietum, id est, sine lana, quasi partica, id est, roth loschi.
Pelles jacintinas, id est, sine lana, aut ad tegendum, non est in Britannia.
Fibulas, hringan.
Capitium, quod circa collum fithalsetha.
Dexteralia, armbo gusbregida ante manicas, et ibi conjunguntur clavi.

DE LEVITICO.

Renunculi, levint legum.
Lumbulos, lenbradun.
Chrogillius, animal spinosum major quam hiricius.
Garula, rouca.
Nuptuam, nectret.
Larum, meu. Bononem uuof.
Mergulum, niger dicitur a mergendo, id est, dop fugul. Herodianum, una luc hæc fuch brucus similis, id est, locustæ, sed major.
Aucupio, id est, fugolada.
Spatulæ, habent similitudinem spadæ, inde spadulæ dicuntur.
Sub pastoris virga transeunt, id est, rabbacula ejus cucurrerunt foras.

DE NUMERIS.

Signa, id est, pone signum proprium, id est, eribethoon.
Uatilla, id est, serscufla similis vasis quibus aqua de navibus projicitur.
Bdellium, herba albi coloris est.
Ætatis integræ, id est, trigennem.

DE DEUTERONOMIO.

Porfilio, philfor.
Noctuorax, nactrafan.

DE JESU NAVE.

Arcuato vulnere, id est, incurvato vulnere : quia cauda scorpionis curva est unde nocet.
Postlimenio, id est, post mortem patris.
Regulam auream, ringam gurdiles.
Civitas litterarum, propter litteratos qui ibidem custodiuntur.

DE LIBRO JUDICUM.

Testatio, vel quia ibi fecerunt tistas. Uaum.

In taberna, id est, negali sernin.
Sibilos, regum blandimenta.
Palantes, fugientes.
Litio, id est, eblit.
Terafim, id est, idolum.
Implevit manum, id est, dedit pecuniam.

DE RUTH.

Congessit polenta, id est, congregatio formal.

DE LIBRIS REGUM.

Circulum dierum, id est, annum.
Focarias, coquinarias, id est, cibum præparantes.
Sitarcis, in quibus cibos portant, id est, fecislun.
Unius anni filius, propter humilitatem.
Perendie, post cras.
Vasa puerorum sancta, id est, corpora, pro persecutione et luxuria.
Commentarius, qui scribebat annuales commentarios.
Tipsinas, faciunt de hordeo, decorticant ipsa grana in pila, id est, in cavato ligno : deinde coquunt in quo volunt.
Ligno lancetico, sicut est biguo, id est, uuidubil.
Pilenticus, insanat mentes.
Polimitarius, artifex vestimentorum, id est serico, goduu neppi.
Abies, arbor miræ altitudinis, unde faciunt tunnas Franci, dicitur sepis.
Tornaturas, in transversum, ligno toruata, legge.
Celatura dicitur, quod intrat.
Sculptura, quod eminet.
Anaglippa dicitur quod valde eminet quasi pennæ.
Istriarum, uualana uuira plectas gumdlunt.
Camites quoque cant dicunt.
Canis, felgunt.
Modioli, nap.
Regina Sabaa, id est, Æthiopum.
Peltæ, longiores sunt, quæ scuta nostro tunde.
Lecito, vas vitreum in similitudine flasconis, vel pauis.
Cancellus, id est ligna, sublivitrans versu, vel de foro sicut retr.
Elides, affellis.
Latrinas cloacas, aquæ ductus, id est, groua.
Musac sabbati, ædificium ubi miserunt reges munera sabbato, quando ingrediuntur templum.
Nam Corban dicitur, ubi erat pecunia sacerdotum.
Edra dicitur interior sedes ubi Papa sedet.
Tignani, qui ligna faciunt, id est, restras.
Tafet, nomen templi idoli, vel locifarurum.
Allas, groguni.
Trullas, pauundiufe.

DE LIBRIS PARALIPOMENON.

Pro octava, id est, novissimo die Azymorum.
In fastos, dignitates.

DE SALOMONE.

Panaretus, sapientiam.
Concuerunt, accitaverunt.
Aleo, herba est.
Blena dicitur, per quam aqua currit.
In acervum Mercurii, habent consuetudinem ambulantes in via, ubi Mercurius sepultus est, lapidem jactare in acervum ipsius, unusquisque unum pro honore.
Lamuel, agnomen Salomonis, sicut Ecclesiastes ab actione.

DE ECCLESIASTE.

Contignatium, tectio domus.
Capparis, herba est ad cibandum.

DE SALOMONIS SAPIENTIA.

Fascinatio, laus stulta, id est, mascrunc.
Malagma, multa herbæ vulneri impositæ.

EXPLANATIO

IN LIBRUM

DE SITU ET NOMINIBUS LOCORUM HEBRAICORUM

Libri de Locis Hebraicis primus Auctor fuit Eusebius cognomento Pamphilus, qui de sancta Scriptura omnium pene urbium, montium, fluminum, viculorum, et diversorum locorum vocabula in hoc Opusculum congregavit; indicans quæ vel eadem manent, vel immutata sunt postea, vel aliqua ex parte corrupta. Hunc Eusebii librum cum quidam vix primis imbutus litteris ausus fuisset in Latinam linguam non Latine vertere, occasionem causamque præbuit Hieronymo novam ac doctiorem adornandi Latinam translationem. Unde Eusebii ipsius admirabilis viri secutus studium, secundum ordinem litterarum, ut sunt in Græco, Latine volumen transtulit : relinquens ea quæ digna memoria non videbantur, et pleraque mutans. Semel enim et in Temporum libro præfatus

TRADUCTION

DES

NEUF HOMÉLIES D'ORIGÈNE

SUR LES VISIONS D'ISAIE.

HOMÉLIE I.

« L'année de la mort du roi Osias, je vis le Seigneur assis sur un trône élevé. » *Isa.* VI, 1.

Tant que le roi Osias vécut, le Prophète Isaïe ne put avoir cette vision. Osias en effet était un pécheur qui faisait le mal en présence de Dieu et dont la conduite était une révolte de tous les instants contre les prescriptions de la loi divine. Après être entré dans le temple, il pénétra dans le Saint des Saints, et pour ce sacrilége il fut frappé de la lèpre au front, au point que s'étant réfugié hors de la ville dans une maison séparée, on le fuyait comme un être immonde. Lorsqu'un tel prince règne sur notre âme, il faut donc qu'il meure pour que nous puissions avoir la vision de Dieu. Et en effet, ce n'est pas en vain qu'il est écrit : « L'année de la mort du roi Osias, je vis le Seigneur. » *Isa.* VI, 1. En chacun de nous vit Osias ou Pharaon, et nous portons, sans oser en gémir, le poids des travaux de l'Egypte; mais si ce roi vient à mourir, nous faisons entendre nos gémissements, comme firent, l'Exode nous le dit, les enfants d'Israël. *Exod.* II, 23. Tant qu'Osias vit, nous ne voyons pas la gloire de Dieu; mais s'il meurt, dès l'instant même de sa mort, cette gloire nous apparait. Puisse-t-il donc mourir, afin que règne en nous la parole de Celui qui a dit : « J'ai été établi roi par le Seigneur, » *Psalm.* II, 6, et que ce ne soit point sa colère! Car il y a aussi un roi du péché. L'apôtre le savait bien, et de là ce conseil : « Que le péché ne règne point dans votre cœur mortel. » *Rom.* VI, 12. Qu'il est à plaindre l'homme qui est sous le joug du péché, et qui pour se livrer à un tel tyran, dédaigne la royauté de Dieu et se fait l'esclave de la volupté! Oui, quiconque aime la volupté, n'aime pas Dieu; il est de ceux dont l'Apôtre a dit qu'ils ont « plus d'amour pour le plaisir que pour Dieu. » II *Tim.*

TRANSLATIO HOMILIARUM NOVEM

IN VISIONES ISAIÆ

ORIGENIS ADAMANTII.

HOMILIA PRIMA.

« Et factum est in anno quo mortuus est Osias rex, vidi Dominum sedentem super solium excelsum. » *Isa.* VI, 1. Quamdiu Osias rex vixit, non potuit visionem videre Isaias propheta. Erat enim Osias peccator et faciens malignum ante conspectum Domini, et agens adversus voluntatem divinæ Legis. Ingressus est templum et sancta sanctorum, et ob hoc lepra perfusus in fronte est, ita ut extra civitatem vadens inter immundos computaretur. Talem igitur principem animæ oportet mori, ut visionem Dei videre possimus. Neque enim frustra scriptum est : « Et factum est in anno quo mortuus est Osias rex, vidi Dominum. » *Isa.* VI, 1. Unicuique nostrum vivit Osias sive Pharao, et non suspiramus, Ægyptia opera facientes; si autem moritur, tunc suspiramus, ut in Exodo scriptum est. *Exod.* II, 23. Si Osias vivit, non videmus gloriam Dei; si autem moritur, tunc videmus, statim ut moritur Osias, gloriam Dei. Tantum hoc sit ut regnet in nobis sermo ejus qui dixit : « Ego autem constitutus sum rex ab eo, » *Psalm.* II, 6, et non regnet ira. Est quidem et peccati rex. Apostolus ita sciens, ait : « Non ergo regnet peccatum in mortali vestro corpore. » *Rom.* VI, 12. Miserabilis ille homo, cui peccatum regnat, qui tali se tradit regi despiciens regnum Dei et subjiciens se voluptati. Propterea voluptatis amator, non est amator Dei; et secundum Apostolum de quibusdam dicitur : « Amantes voluptatem magis quam

III, 4. Et ceci ne vise pas les ennemis déclarés de la foi, mais ceux qui la trahissent en leur for intérieur, parce que le plaisir a pour eux plus d'attrait que Dieu même; ceux qui ont les apparences de la piété, et qui en méconnaissent la vertu. Voilà les réflexions que doit faire naître la mort du roi Osias, après laquelle le Prophète nous apprend qu'il eut une vision. Et cette vision, quelle est-elle ? « Je vis le Seigneur assis sur sur un trône élevé et sublime, » etc. Il n'est pas donné à quiconque voit Dieu, de le voir assis sur ce trône élevé et sublime. Je sais qu'un autre Prophète vit le Seigneur, et qu'il le vit assis sur un trône; mais ce trône n'était ni élevé, ni sublime. Dans le songe où Daniel vit « les trônes qui furent placés, » *Dan.* VII, 9, celui de l'ancien des jours n'était pas élevé, Dieu en ayant dit lui-même : « Je viendrai et je m'assiérai pour juger les peuples dans la vallée de Josaphat. » *Joel.* III, 22. C'est donc dans une vallée qu'il s'assied et dans une vallée qu'il jugera ceux qu'il doit condamner C'est tout autre chose de le voir assis sur un trône élevé et sublime. Je lis aussi dans Michée: « Dieu sort de sa demeure et descend; » *Mich.* I, 3; et il descend encore pour visiter Sodome : « Je descendrai et je verrai si leurs œuvres répondent à ce cri qui est monté jusqu'à moi. » *Genes.* XVIII, 21. Dieu donc, selon la majesté de ses actes, nous semble résider tantôt plus haut, tantôt plus bas. Or Isaïe a dit : « Je vis le Seigneur assis sur un trône élevé et sublime. » Si je vois Dieu exerçant sa royauté sur les créatures de ce monde, je ne le vois pas assis sur un trône élevé et sublime; si je le vois exerçant sa royauté sur les vertus des cieux, je le vois assis sur un trône élevé et sublime. Et que faut-il entendre par vertus des cieux ? Les Trônes, les Dominations, les Principautés, les Puissances, voilà les vertus des cieux. Et si je le vois, je vois aussi comment il règne dans le Verbe : « Je vis le Seigneur assis sur un trône élevé et sublime; sa demeure était pleine de sa gloire; son trône est élevé au-dessus tous, et sa demeure est pleine de sa gloire. » Ce n'est pas, j'imagine, la demeure qu'il a sur la terre qui est pleine de sa gloire. « La terre est au Seigneur avec tout ce qu'elle contient. » *Psalm.* XXIII, 1. Or on ne trouve pas en ce monde la plénitude de la gloire de Dieu, mais si quelqu'un élève un temple au Seigneur, la gloire de Dieu paraîtra, et s'il observe les prescriptions faites, cette demeure paraîtra pleine de la gloire de Dieu. Mais j'ignore si, de la sorte, la maison sera réellement pleine de cette gloire. Disons aussi que dans le Lévitique, autant qu'avec l'aide de Dieu cela peut servir à résoudre la question pendante, on lit que Dieu prescrivit certaines formalités à remplir, pour que la gloire du Seigneur fût visible, et jamais elle ne le sera si elles ne sont pas

Deum. » II *Tim.* III, 4. Et quidem idipsum non de his dictum est qui omnino sunt infideles, sed de his qui intrinsecus commorantur, voluptatem magis quam Deum amantes ; qui habent figurationem pietatis, virtutem autem ejus negantes. Hæc propter mortem regis Osiæ, post cujus interitum vidisse se ait visionem Propheta. Quæ est autem visio ? « Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum, » etc. Non omnis qui videt Deum, videt eum sedentem super thronum excelsum et elevatum. Scio alium prophetam vidisse Dominum, et vidisse eum super thronum sedentem, sed non excelsum, neque elevatum. Disserens Scripturam Daniel, dicit : « Throni positi sunt, » *Dan.* VII, 9, et non erat excelsus ille thronus. « Et veniam, ut sedeam ad judicandum populum in valle Josaphat. » *Joel.* III, 12. Ergo in valle sedit, et in valle eum judicaturus est, quem est condemnaturus. Aliud autem est videre eum sedentem super thronum excelsum et elevatum. Et in Michea : « Egreditur et descendit Deus ; » *Mich.* I, 3 ; et ut videat Sodomam, descendit : « Descendens, » ait, « videbo si secundum clamorem eorum venientem ad me, consummaverunt. » *Gen.* XVIII, 21. Igitur Deus aliquando sursum, aliquando deorsum juxta dignitatem videtur negotiorum. « Vidi » ergo « Dominum », Isaias ait, « sedentem super thronum excelsum, et elevatum. » Si video Deum in his qui hic sunt regnantem, non eum video super thronum excelsum et elevatum ; si video eum regnantem cœlestibus virtutibus, video eum sedentem super thronum excelsum et elevatum. Quid est quod dicit cœlestibus virtutibus ? Throni, dominationes, principatus, potestates, virtutes cœlestes sunt. Et si video eum, quomodo eis regnet in Verbo : « Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum ; et plena erat domus gloria ejus ; sursum quoque elevatus est thronus ejus, plenaque est domus gloria ejus. » Non arbitror, quia plena est domus gloria ejus hæc quæ in terra est. « Domini est terra et plenitudo ejus. » *Psalm.* XXIII, 1. Plenitudinem autem gloriæ Dei non invenies in præsenti, sed si quis ædificaverit templum Deo, videbitur gloria Dei, et si servat hoc quod dictum est, plena domus videtur gloria Dei. Nescio autem an sic domus gloria compleatur. Et in Levitico quantum ad præsens pertinet negotium Deo largiente, legitur in Collecta quæ sequitur, quia præcepit Dominus quædam fieri ut videatur Domini gloria. Nec unquam apparebit gloria

remplies; nous les connaissons d'ailleurs puisque nous les avons tous bien lues.

« Les Séraphins se tenaient debout autour du trône, et l'un avait six ailes et l'autre avait six ailes. » Je vois deux Séraphins, et je distingue bien que chacun a six ailes. Vient ensuite la disposition des ailes : deux dont ils voilaient la face de Dieu, et non la leur, deux dont ils voilaient les pieds de Dieu, et non les leurs; deux autres avec lesquelles ils volaient. L'Ecriture, dans ce passage, semble se contredire. S'ils se tenaient debout, ils ne pouvaient voler. Mais voici le passage : « Deux Séraphins se tenaient debout autour du trône, l'un ayant six ailes et l'autre six ailes : deux dont ils voilaient la face, deux dont ils voilaient les pieds, et deux dont ils volaient, et ils criaient l'un à l'autre. » Or ces deux Séraphins qui sont autour de Dieu, et qui pour exprimer une connaissance unique disent : « Saint, saint, saint, » observent ainsi les mystères de la Trinité, parce qu'ils sont saints eux-mêmes. Il n'y a en effet dans tout ce qui existe rien de plus saint qu'eux. Et ce n'est pas sans motif qu'ils disent l'un à l'autre : Saint, saint, saint; mais ce cri témoigne hautement d'une vérité qui cache le salut de tous. Quels sont donc ces deux Séraphins? notre Seigneur Jésus-Christ et l'Esprit-Saint. Et qu'on ne croie pas que la distinction nominale des trois personnes établisse la moindre inégalité de nature dans la Trinité. « Ils voilaient la face de Dieu, » car il n'y a point de moment connu où Dieu ait commencé; « et ils voilaient ses pieds, » puisqu'on ne conçoit pas un dernier moment où notre Dieu finira. On ne voit, pour ainsi dire, que le milieu de son existence. Comment a-t-il été avant, je l'ignore; c'est par ce qui est, que je comprends qu'il est Dieu. Comment sera-t-il après relativement à ce qui sera, je l'ignore; aussi, « qui lui a donné des ordres? » dit l'Ecclésiaste; « faites-moi savoir les choses passées et celles qui doivent arriver, et nous dirons que vous êtes dieux; » *Eccl.* XIX; et Isaïe : « Faites-nous savoir les choses passées, et nous les écouterons de tout notre cœur, et nous les saurons; apprenez-nous le dernier état de ce qui doit avoir lieu, découvrez-nous ce qui doit arriver à l'avenir et nous dirons que vous êtes dieux. » *Isa.* XLX, 22, 23. Il faut donc, pour être Dieu, pouvoir raconter les choses passées et annoncer les choses à venir. Or, à l'exception des deux Séraphins, qui peut dire : Saint, saint, saint? Et ces Séraphins ont découvert une certaine partie de Dieu, le milieu, pour ainsi dire, et entourant Dieu ils criaient l'un à l'autre et disaient ; Saint, saint, saint. Par conséquent, ils sont à la fois immobiles et en mouvement : immobiles avec Dieu, en mouvement pour dévoiler Dieu. Comprend-on en effet pourquoi ils voilent la face et

Dei, si non hæc fiant. Cognoscimus autem illa, cum lecta fuerint.

III. « Factum est, » inquit, « in anno, quo mortuus est Osias rex: Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum. » Visio ascripta est. Cur regis tempus significatum ? Intendite quando oborta sit visio. Cum mortuus est Osias rex, vidit Isaias Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum. Si quis ex nostris novit qui fuerit Osias et quæ gesserit, ille potest nosse quid docuerit Propheta per spiritum, quid exhibeat nobis sermo divinus. Vadam ad vitam Osiæ, et requiram ex Regnorum libris et ex Paralipomenon historia de Osia ; ibique videbo, quia necessarium sit, si futurum sit ut videam Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum, mihi mori Osiam regem. II *Par.* XXVI. Iste Osias, ex semine David descendens et regnans in populo Juda, quamdiu quidem vixit Zacharias qui intelligebat (sic enim scriptum est secundo libro Paralipomonon), fecit rectum in conspectu Domini. Nec sufficiens isto, fecit luminaria magna Domino, et composuit templum Dei, et multæ fuerunt in religione ejus virtutes. Quando autem mortuus est Zacharias intelligens, tunc fecit malignum. Quis hic fecit malignum ? Rex erat, non sacerdos. Alius ordo regius, alius ordo sacerdotalis. Voluit ingredi in templum, et locum agere sacerdotis, et facere opus, quod non fuerat ei concessum. Introiit præveniens sacerdotes, et assumpsit vas libaminis. Ingressus autem et princeps sacerdotum, qui tempore illo erat, et octoginta sacerdotes cum eo; dixit ad eum princeps sacerdotum : Nonne tu es Osias, et non sacerdos ? Violenter perseveravit et lepra ascendit in frontem ejus. Projectus est mortuus, egressus est de templo, eduxit eum Dominus. Igitur leprosus factus est propter prævaricationem legis. Unusquisque sub regno est sive peccati, sive justitiæ. Si peccatum mihi regnat, unus sum de regibus Israel, qui templum violenter ingressi sunt. Si justus sum juxta mensuram profectus mei, et facio rectum, et persevero ante conspectum Dei, regnat mihi justitia. Quamdiu vero vixit leprosus, Isaias immunda

de la mort d'Osias. On peut, Dieu aidant, appliquer les mêmes considérations à plusieurs autres passages des livres saints. Ainsi, il y a dans l'Exode quelque chose d'approchant : « Et il arriva après quelques jours que le roi d'Egypte mourut, et les enfants d'Israël soupirèrent, et leur cri monta jusqu'à Dieu. » *Exod.* II, 23. Tant que Pharaon vécut, les enfants d'Israël ne firent pas entendre leurs soupirs; placés dans la pire des conditions, ils n'avaient même pas la liberté de gémir, parce que ce roi vivait, qui leur ordonnait de faire de pénibles ouvrages de briques et de mortier. Tant que Pharaon vécut, ils ne soupirèrent point vers Dieu; c'est lorsqu'il fut mort, qu'ils osèrent lever leurs visages baignés de larmes. Tant que vit le pharaon, Satan, ce roi méchant, vit en notre cœur. Alors nous faisons des ouvrages de briques et de mortier, et nous dévorons nos larmes en silence, et nous accomplissons les maîtresses-œuvres d'iniquité. Lorsque ce roi est mort, le Seigneur Dieu nous visite, et c'est alors seulement que nous soupirons vers lui. Prions donc le Seigneur de faire mourir le règne du péché qui est dans notre corps mortel, puisqu'il est dit : « Le péché est mort, et moi je suis ressuscité ;... le péché est ressuscité, et moi je suis mort. » *Rom.* VII, 9, 10. Osias, un de ceux qui ont le sceptre du péché, venant à mourir, Pharaon meurt aussi. Quand meurt ce roi pervers, je lève les yeux au ciel, et Dieu entend ma voix, comme il entendit celle d'Abraham, et d'Isaac, et de Jacob ; et je vois le Seigneur des armées assis dans sa majesté royale sur un trône élevé, tandis que le peuple ne le vit point, parce qu'Osias n'était pas encore mort quant à lui. A cela, voici un pendant, mais en mauvaise part et qui lui est opposé. Ce même Osias, tant que vécut Zacharie, qui avait le don d'intelligence, ne commit pas le péché devant Dieu ; Zacharie mort, il s'éloigna du Seigneur dès qu'il commanda au peuple et gouverna la ville par lui-même. Méditons ces pensées nuit et jour, et devant ces paroles du Seigneur : « Vous deviez mettre mon argent entre les mains des banquiers, et à mon retour je l'aurais retiré avec usure, » *Matth.* XXV, 27, n'amassons pas dans notre suaire l'épargne qui nous est confiée, et ne cachons pas le talent dans la terre, mais plaçons-le à intérêt. Et puisque vous recevez de nous la doctrine du Seigneur, à vous de voir de lui rendre avec usure. C'est la grâce que je vous souhaite en notre Seigneur Jésus-Christ, à qui gloire et commandement appartiennent dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

labia habuit. Quamdiu vixit iniquus, non potuit Isaias Dominum Sabaoth videre et immunda labia habuit, sub iniquo quippe rege erat. Quando enim incipit videre visionem Dei? Anno quo mortuus est Osias. His similia, et de multis scriptis poteris dicere, tribuente Deo. In Exodo istiusmodi quiddam scriptum est : « Et factum est post dies aliquot, mortuus est rex Ægypti, et suspiraverunt filii Israel, et ascendit clamor eorum ad Deum. » *Exod.* II, 28. Quamdiu vixit Pharao, non suspiraverunt filii Israel, et in pejus positi, ne gemendi quidem habuerunt liberam facultatem, vivebat quippe rex, qui imperabat eis et lateres et paleas facere. Quamdiu vixit Pharao, non suspiraverunt ad Deum ; cum mortuus est Pharao, tunc valuerunt madida fletibus ora sustollere. Vivit rex malignus in pectore nostro, quamdiu vivit Pharao Zabulus. Tunc lateres operamur et paleas, et tunc lacrymas intra silentium devoramus, et iniquitatis opera prima facimus. Cum autem mortuus fuerit, Domino Deo nos visitante tunc suspiramus ad Dominum. Idcirco oremus Dominum, ut regnum peccati, quod est in mortali nostro corpore moriatur. « Peccatum » enim, ait, « mortuum est, ego autem revixi ;» *Rom.* VII, 9 ; et rursum : « Peccatum revixit, ego autem mortuus sum. » *Ibid.*, 10. Moriente uno, qui potitur regno peccati, Osia, moritur et Pharao, Cum moritur rex pessimus, erigo ad cœlum oculos et exaudit vocem meam Deus, quomodo Abraham, et Isaac, et Jacob ; et video Dominum Sabaoth sedentem et regnantem super excelsum solium, quem populus non vidit, nondum enim Osias mortuus fuerat. Volo quiddam simile interponere bonæ rei, quæ huic contraria est. Iste ipse Osias, quamdiu vixit Zacharias intelligens, non fecit peccatum in conspectu Dei ; moriente Zacharia, declinavit a Domino, ubi imperavit populo, et rexit urbem. Hæc diebus et noctibus legentes, et audientes Dominum dicentem : « Oportuit te mittere pecuniam meam ad mensam et ego veniens cum usuris eam exegissem, » *Matth.* XXV, 27, non colligamus in sudaria mammonam creditam, nec pecuniam mittamus in terram, sed feneremur eam populis. Et cum nos crediderimus dominicam rationem, vobis erit videndum quomodo credita cum usuris exsolvatis. Quam, etc. Amen.

HOMÉLIE VI.

Au sujet de ces paroles de l'Ecriture : « Qui enverrai-je et qui ira. » etc., jusqu'à l'endroit où il est dit : « Qu'ils se convertissent et que je les guérisse. » *Isa.* VI, 8-10.

Isaïe voyant le Seigneur des armées assis sur un trône élevé et sublime et aussi les Séraphins qui se tenaient autour de lui, et recevant la rémission de ses péchés par ce feu qui, apporté de l'autel, purifia ses lèvres de son contact, dit qu'il entendit la voix du Seigneur lui parlant ainsi non sur le ton du commandement, mais sur celui de l'exhortation : « Qui enverrai-je et qui ira vers ce peuple ? » et il ajoute ensuite qu'il répondit au Seigneur : « Me voici, envoyez-moi. » Arrivé à ce passage, je trouve, en fouillant les Ecritures, que Moïse a dit d'une manière, et Isaïe d'une autre. Moïse, choisi pour conduire le peuple hors de la terre d'Egypte, s'écrie : « Désignez, Seigneur, un autre pour l'envoyer ; » *Exod.* IV, 13 ; il semble qu'il s'oppose au dessein de Dieu. Isaïe au contraire, qui n'est pas choisi, sur ces simples mots : Qui enverrai-je et qui ira ? s'écrie : « Me voici, envoyez-moi. » Il n'est donc pas sans importance de comparer la valeur spirituelle de ces deux conduites et de rechercher lequel des deux agit mieux : ou Moïse qui, après avoir été choisi, se récusait ; ou Isaïe qui, sans être choisi s'offrait de lui-même pour être envoyé vers le peuple. J'ignore s'il se trouve quelqu'un qui, en présence de l'opposition d'attitude qui apparaît entre eux, ose dire que Moïse ne fit là ni plus ni moins qu'Isaïe. Pour moi, plus hardi, après avoir comparé ces deux saints hommes, j'affirme que la conduite de Moïse est plus respectueuse que celle d'Isaïe. Moïse voyait la grandeur de l'œuvre : être à la tête du peuple pour le conduire hors de la terre d'Egypte et lutter contre les incantations et les maléfices des Egyptiens ; aussi s'écrie-t-il : « Désignez un autre pour l'envoyer. » Isaïe au contraire de répondre, sans attendre que Dieu fît connaître ce qu'il faudrait dire, et comme s'il avait été choisi : « Me voici, envoyez-moi. » Et c'est parce que, sans savoir ce qu'il recevrait l'ordre de dire et comme s'il avait été désigné, il s'empresse de répondre : « Me voici, envoyez-moi, » qu'il reçoit l'ordre de dire précisément ce qu'il n'aurait pas voulu. N'était-il pas contraire à ses souhaits, en recevant mission de prophétiser aussitôt, de commencer par des malédictions : « Vous écouterez et vous ne comprendrez pas, vous regarderez et vous ne verrez pas ; car le cœur de ce peuple

HOMILIA SEXTA.

De eo quod scriptum est : «Quem mittam, et quis ibit nobis, » etc., usque ad eum locum, in quo ait : « Et convertantur, et sanem eos. » *Isa.* VI, 18 10. I. Videns Isaias Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum et elevatum, videns autem et seraphim circumstantia eum, et remissam peccatorum recipiens per eum ignem, qui allatus de altario labia ejus contactu purgavit, ait se audisse vocem Domini non imperantis sed excitantis atque dicentis : « Quem mittam, et quis ibit ad populum istum ? » Deinde dicit se respondisse Domino : « Ecce sum ego, mitte me. » Factus autem in hoc loco et, scrutans ea quæ scripta sunt, invenio aliud fecisse Moysen, aliud Isaiam. Moyses enim electus ad eductionem populi de terra Ægypti, ait : « Provide alium quem mittas, » *Exod.* IV, 13, etiam videtur contradicere Deo. Isaias vero non electus, sed audiens: Quem mittam et quis ibit : « Ecce, » inquit, « ego sum, mitte me. » Dignum est ergo spiritalibus spiritalia comparare, et requirere quis e duobus melius fecerit : Moysesne qui, postquam electus est, recusavit; an Isaias, qui ne electus quidem ipse se obtulit, ut mitteretur ad populum. Nescio enim si potest quis, eam contrarietatem negotiorum quæ in utroque videtur intendens, dicere quia idipsum fecerit Moyses quod Isaias. Ego audacter feci, comparans duos sanctos et beatos viros, et decernens et dicens verecundius Moysem fecisse quam Isaiam. Moyses quippe magnitudinem considerabat, præesse populo ad educendum eum de terra Ægypti et repugnare Ægyptiorum incantationibus et maleficiis propter hoc ait : « Provide alium quem mittas. » Iste autem non exspectans audire quid ei juberetur ut diceret, ac si electus fuisset : « Ecce, » inquit, « sum ego, mitte me. » Unde quia ignorans quid ei juberetur ut diceret, ac si electus fuisset : « Ecce, » ait, « ego sum, mitte me, » hæc jubetur ut dicat quæ erant inoptata dicenti. An non erat inoptabile statim jussum prophetizare, a maledictionibus incipere dicentem : « Aure audietis et non intelligetis, et videntes cernetis et non videbitis; incrassatum enim cor populi hujus, » et reliqua ? Forte ergo (si tamen audenter expedit dicere) temeritatis et audaciæ mercedem consecutus est, ut ea jubeatur dicere, quæ prophetizare nolebat. Quia autem

est endurci, » etc.? Peut-être bien par conséquent (convient-il que j'ose le dire?) il reçut le prix de sa témérité et de son audace dans l'ordre qui lui fut donné de prophétiser ce qu'il ne voulait pas. Puisque nous avons mis en parallèle Isaïe et Moïse, faisons une autre comparaison entre Isaïe et Jonas. Celui-ci est envoyé pour publier le renversement de Ninive après trois jours, et il regrette de partir et d'aller à contre-cœur annoncer ce désastre à cette ville. Celui-là au contraire, avant de savoir ce qui lui sera ordonné, répond aussitôt : « Me voici, envoyez-moi. » Il n'est pas bon de se jeter à l'étourdie sur les dignités, les hautes charges, les mystérieux honneurs de l'Eglise ; il convient d'imiter Moïse et de dire avec lui : « Choisissez un autre pour l'envoyer. » Et en effet celui qui veut se sauver n'arrive pas auxprérogatives du commandement dans l'Eglise, alors même qu'il a rang de chef ; il arrive à la condition de serviteur, puisqu'il convient de répéter avec l'Evangile : « Ceux qui sont regardés comme les maîtres des peuples les dominent, et ceux qui ont le pouvoir sont appelés magistrats ; il n'en doit pas être de même parmi vous, vos princes ne vous dominent pas, et quiconque voudra être le plus grand d'entre vous doit être le plus petit de tous. » *Marc.* x, 42-44. Celui qui veut être le premier doit être le dernier de tous. Par conséquent, quiconque est appelé à l'épiscopat, n'est pas appelé à dominer, mais à être le serviteur de toute l'Eglise. Pour bien vous persuader d'après les Ecritures que, dans l'Eglise, celui qui est à la tête est le serviteur de tous, puisez-en la conviction dans l'exemple du Sauveur lui-même qui nous apparaît si grand entre ses disciples, non point parce qu'il présida la cène, mais parce qu'il s'y fit leur serviteur. Prenant un linge, après avoir quitté ses vêtements, il le mit autour de lui ; puis ayant versé de l'eau dans un bassin, il commença à laver les pieds de ses disciples et à les essuyer avec le linge qu'il avait autour de lui ; et pour leur enseigner que leurs princes doivent être comme des serviteurs : « Vous m'appelez, dit-il, votre maître et votre Seigneur et vous avez raison, car je le suis ; si donc je vous ai lavé les pieds, moi qui suis votre maître et votre Seigneur, vous devez aussi vous laver les pieds les uns aux autres. » *Joan.* XIII, 13, 14. Tout prince de l'Eglise est donc appelé à être serviteur, pour qu'il puisse s'élever de cette condition de serviteur au trône céleste que lui promet l'Evangile : « Vousserez assis sur douze trônes pour juger les douze tribus d'Israël. » *Matth.* XXIV. Entendez aussi Paul, ce flambeau de l'Eglise, publier qu'il est le serviteur de tous les fidèles : « Je suis le plus petit d'entre les Apôtres, je ne suis pas digne de ce nom d'Apôtre, parce que j'ai persécuté l'Eglise de Dieu. » I *Corinth.* XV. Cela ne semble pas prouver son état de ser-

comparavimus Isaiam et Moysem, componamus et aliam proximam comparationem Isaiæ et Jonæ. Ille mittitur prædicare eversionem Ninivitis post tres dies, et piget eum proficisci nolentem causa malorum civitatis. Iste non exspectans quid ei imperaretur ut diceret, ait : « Ecce ego sum, mitte me. » Bonum est non prosilire ad eas, quæ a Deo sunt, dignitates, et principatus, et mysteria Ecclesiæ, sed imitari Moysen, et dicere cum eo : « Provide alium, quem mittas. » Neque enim ad principatum Ecclesiæ venit, qui salvari vult, etsi præest; sed ad servitutem Ecclesiæ, si oportet dicere et de Evangelio : « Principes quidem gentium dominantur eis, et qui potestatem habent in illis, magistratus vocantur. Non sic autem erit in vobis nec enim dominantur principes in vobis, sed qui vult esse vestrum major, erit omnium minimus. » *Marc.* x, 42-44. Qui vult esse primus, erit omnium novissimus. Qui vocatur ergo ad episcopatum, non ad principatum vocatur, sed ad servitutem totius Ecclesiæ. Si vis credere de Scripturis, quia in Ecclesia servus sit omnium qui præest, suadeat tibi ipse Salvator et Dominus, qui talis tantusque factus est in medio discipulorum, quasi discumbens, sed quasi ministrans. Accipiens enim linteum, postquam exutus est vestimentis, præcinxit se, et mittens aquam in pelvim, cœpit lavare pedes discipulorum, et detergere linteo, quo erat præcinctus. Et docens quales oporteat esse principes tamquam servos ait : « Vos vocatis me magistrum et dominum, et bene dicitis, sum etenim ; si ergo dominus et magister vester lavi vobis pedes, et vos debetis alterutrum lavare pedes. » *Joan.* XII, 113,14. In servitutem igitur vocatur Ecclesiæ princeps, ut possit ex servitute ista ire ad solium cœleste, sicut scriptum est : « Sedebitis super thronos duodecim tribus Israel. » *Matth.* XXIV. Audi vero et Paulum tam præclarum virum dicentem, quia servus fuerit omnium credentium : « Ego enim sum, » ait, « minimus Apostolorum, non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. » I *Corinth.* XV. Porro sic hoc non videtur approbare servitutem ejus, sed tantum humilitatem ; audi eum dicentem : « Facti sumus parvuli in medio vestrum, quasi si nutrix foveat filios suos, cum possemus graves esse, ut Christi Apostoli. » I *Thessal.* II. Imitatores ergo nos esse expedit humilium

viteur, mais seulement son humilité; écoutons-le donc encore : « Nous nous sommes conduits parmi vous avec une douceur d'enfants, comme une nourrice qui a soin de ses enfants, alors que nous eussions pu, comme Apôtres de Jésus-Christ, nous mettre à votre charge. » I *Thessal.* II, 7. Il nous est donc avantageux d'imiter les paroles et les actions pleines d'humilité de notre Seigneur et de son Apôtre, et de faire ce que Moïse fit, et quiconque est appelé aux dignités parmi nous, doit dire: « Choisissez, Seigneur, un autre pour l'envoyer.» *Exod.* IV, 13. Isaïe dit à Dieu : J'étais indigne avant-hier et il y a trois jours. Je n'ai jamais eu la facilité de parler et j'ai la langue embarrassée. Et parce qu'il avoue humblement que sa voix est faible et lente à la parole, Dieu lui répond : « Qui a fait la bouche de l'homme, et qui a formé le muet et le sourd, celui qui voit et celui qui est aveugle ? n'est-ce pas moi, le Seigneur Dieu ? » *Ibid.* 11. Croyez à Dieu, vouez-vous à lui. Bien que votre voix soit faible et votre langue paresseuse, ayez confiance dans la parole de Dieu, et vous direz plus tard : « J'ai ouvert la bouche et j'ai attiré l'esprit. » *Psalm.* CXVIII, 131. Toutes ces considérations sont nées à l'occasion de cette réponse d'Isaie : « Me voici, envoyez-moi. »

A un autre point de vue, nous devons imiter sa conduite. Et en effet il veut, après avoir reçu la grâce de Dieu, ne pas l'avoir reçue en vain, mais la faire servir à ce qui est nécessaire. A la vue des Séraphins et du Seigneur des armées assis sur un trône sublime et élevé, il s'est écrié : « Malheureux que je suis ! car j'ai été pénétré de componction, parce que je ne suis qu'un homme dont les lèvres sont impures, et que j'habite au milieu d'un peuple qui a les lèvres souillées, et pourtant j'ai vu de mes propres yeux le Seigneur des armées. » Ce disant et en se reconnaissant malheureux, il mérite le secours de Dieu à qui son humilité est agréable. Quel est ce secours ? « L'un des Séraphins fut envoyé vers moi, et il tenait avec des pincettes un charbon qu'il avait pris sur l'autel, et il toucha mes lèvres, et il dit : Voilà que j'ai ôté vos iniquités et que j'ai purifié vos péchés. » Il a obtenu l'insigne bienfait de devenir pur et de recevoir la rémission de ses péchés. Quand Dieu lui dit : « Qui enverrai-je vers le peuple et qui ira pour nous ? » Ce n'est pas avec la conscience de ses fautes antérieures qu'il ose dire: « Me voici, envoyez moi, » mais parce que le Séraphin lui avait dit : « Voilà que j'ai effacé vos iniquités. » Puis donc que les saints sont sujets à componction, et qu'il y a parallèle entre Moïse et Isaïe, soyons justes envers l'un et aussi envers l'autre, et faisons à chacun son lot d'après les Ecritures. Moïse ne reçut pas la rémission de ses péchés qui lui permît de dire avec la conscience d'être pur maintenant : « Envoyez-moi, » et c'est pour cela qu'il dit : «Choisissez un autre pour l'envoyer, » parce qu'il avait sur la conscience le meurtre d'un Egyptien et peut-être savait-il qu'il n'était pas comme homme sans quelques autres péchés ; voilà

ipsius Domini sermonum atque factorum, et Apostoli ejus, et facere quod factum est a Moyse, ut etiamsi vocatur aliquis ad principatum, dicat : « Provide alium quem mittas. » *Exod.* IV, 12, 13. Deo dicit : Non sum dignus ante heri et nudiustertius. Exilis vocis sum et tardilinguis. Et quia Deo dixit humiliter : Exilis vocis sum et tardilinguis, audit a Deo : « Quis dedit os hominis, et quis facit surdum et mutum, videntem et cæcum ? Nonne ego Dominus Deus ? » Crede Deo, consecra te ei. Licet subtilis vocis sis tardæque linguæ, trade te sermoni Dei ; dices postea : « Os meum aperui et attraxi spiritum. » *Psl.* CXVIII, 131. Hæc quidem propter hoc, quod ait Isaias : « Ecce sum ego, mitte me. »

II. Faciamus autem ex parte, et cum eo. Voluit enim cum accepisset jam gratiam a Deo, non in vacuum eam accipere, sed uti ea ad necessaria. Videns Seraphim, videns Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum et elevatum, dixit : « O miser ego, quoniam compunctus sum, quia cum homo sim, et immunda labia habeam, in medio quoque populi labia immunda habentis habitem, regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis. » Hoc dicens et miserum se faciens, meretur auxilium, suscipiente Deo humilitatem ejus. Quod est istud auxilium ? « Missus est, « ait, » ad me unus de Seraphim, et habebat in forcipe carbonem, quem attulerat de altari, et tetigit labia mea et dixit : Ecce abstuli iniquitates tuas et peccata tua circumpurgavi. » Consecutus est beneficium, mundus effectus et remissionem accipiens peccatorum. Cum audisset : « Quem mittam ad populum, et quis ibit nobis ? » non propter priorem conscientiam ausus fuit dicere : « Ecce ego, mitte me ; » sed ubi audierat : « Ecce abstuli iniquitates tuas. » Igitur quia sancti compunguntur, et requiritur inter Moysen et Isaiam, satisfaciamus pro Moyse et etiam pro Isaia, dantes et eis de Scripturis sortem suam. Moyses non accepit remissionem peccatorum, ut diceret quasi jam conscius se mundatum : « Mitte me, » propter quod ait : « Provide alium quem mittas»

pourquoi il se récuse. Isaïe de son côté revendique sa mission, moins en tant que juste par sa nature, que comme ayant obtenu sa grâce. C'est ainsi que Moïse, s'il eût été l'objet d'une grâce semblable et qu'il lui eût été dit : « Voilà que j'ai ôté vos iniquités et que j'ai purifié vos péchés, » peut-être n'eût point prononcé ces mots : « Choisissez un autre pour l'envoyer.» Moïse a donc ses raisons quand il se récuse et Isaïe a les siennes quand il s'écrie : « Me voici, envoyez-moi. »

Mais voyons aussi ce que le Seigneur a prescrit au peuple en ces termes : « Allez et dites à ce peuple : Vous prêterez l'oreille et vous n'entendrez pas, vous regarderez pour voir et vous ne verrez pas ; car le cœur de ce peuple est appesanti, ses oreilles sont devenues sourdes et il ferme les yeux, afin que ses yeux ne voient pas, que ses oreilles n'entendent point, que son cœur ne comprenne pas, et qu'ils ne se convertissent point et que je ne les guérisse pas. » Il sait qu'il y a deux manières d'entendre sa parole et qu'elle se propose un double but, selon la double nature de l'homme, corporelle et spirituelle ; ou bien il annonce au peuple, au sujet de ce qui doit arriver à l'avénement de Jésus-Christ, qu'il y aurait un temps où ils entendraient et ne comprendraient pas. Et en effet, quand ils écoutaient notre Seigneur Jésus-Christ, ils n'entendirent que le son des mots, sans en pénétrer le sens. La preuve manifeste en est en ce qu'il parlait au dehors au peuple en paraboles, qu'il expliquait ensuite à ses disciples dans l'intimité. Dieu annonce donc ce qui arriva en effet : « Vous prêterez l'oreille et vous ne comprendrez pas. » Cette prophétie visait bien l'avénement de notre Seigneur, le Sauveur nous l'apprend lui-même : « Isaïe a parfaitement prophétisé à votre sujet en disant : Vous prêterez l'oreille et vous ne comprendrez pas. » *Math.* XIII. Accordons par conséquent que le peuple écoutant les paroles de notre Seigneur ne put pas pénétrer le sens de ce qui était dit. Etudions maintenant ce qui suit : « Vous regarderez pour voir, et vous ne saurez pas. » Celui qui voyait ce que faisait le Sauveur, ne pouvait pas en le voyant comprendre dans quel but c'était fait. Comme, pour prendre un exemple, quand il lava les les pieds de ses disciples. Les disciples assurément voyaient bien comment le maître lavait leurs pieds, et le voyaient aussi les autres personnes qui étaient présentes, mais seulement ce qui se faisait, et nullement pourquoi. C'est que le lavement des pieds, alors que le Verbe de Dieu consentait à laver les pieds de ses disciples, était une œuvre symbolique. Aussi le Sauveur reprend Pierre qui refuse : « Vous ne laverez pas mes pieds. » Et que lui dit-il ? « Vous ne savez pas maintenant ce que je fais, mais vous l'apprendrez plus tard » *Joan.* XIII, 7. Que faites-vous donc ? s'écrie

habebat enim in conscientia interfectionem Ægyptii, forte autem ut homo sciebat se et quædam alia habere peccata, propterea recusat. Iste autem non quasi natura justus postulat ministerium, sed quasi gratiam consecutus. Sic et Moyses, si similem gratiam percepisset, audissetque : « Ecce abstuli iniquitates tuas, » et hoc : « Circummundavi peccata tua, » neutiquam forte dixisset : « Provide alium quem mittas. » Habet ergo aliquid rationis, et Moyses recusans, et Isaias dicens : « Ecce ego sum, mitte me. »

III. Sed videamus etiam ea, quæ præcipit Dominus ut populo diceret : « Vade, et dic populo : Aure audietis, et non intelligetis, et videntes cernetis, et non videbitis ; incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos clauserunt nequando videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et salvem eos. » Bifariam sciens sermonis auditionem et duplicem noscens constitutionem, hoc est aliud eorum corporale, aliud spiritale, aut ad populum prophetizans de his quæ in adventu Christi futura erant, quia esset tempus quando audirent et non intelligerent ea. Si quidem cum audirent Dominum meum Jesum Christum, vocem tantum dictorum audiere, non sensum. Et hoc ex eo manifestum est, quia foris ad populum in parabolis loquebatur. Discipulis autem secreto dissolvebat eas. Prophetat autem, quod evenit : « Aure audietis et non intelligetis. » Porro quod de Adventu Domini hoc sit populo prophetatum, ipse Salvator dicit : « Bene prophetizavit de vobis Isaias dicens : Aure audietis et non intelligetis. » *Matth.* XII.. Concedamus ergo quia sermones Domini populus auscultans non potuerit nosse quæ dicta sint. Videamus autem quid sit hoc quod sequitur : « Et videntes videbitis, et non scietis. » Non, si quis vidit ea quæ Salvator faciebat, statim videns potuit intelligere cur facta sint. Veluti (exemplum assumamus) lavit pedes discipulorum. Et videbant quidem bene quomodo lavabat pedes magister discipulis ; videbant autem et alii, qui erant præsentes, sed id tantum quod fiebat, non etiam cur fiebat. Similitudo quippe erat lavatio pedum, quia lavit Verbum Dei pedes discipulorum. Idcirco ait Salvator ad recusantem Petrum, et dicentem : « Non lavabis pedes meos. » Quid ait ? « Quod ego facio tu nescis modo,

Pierre. Je vous vois laver nos pieds, je vois le bassin préparé, le linge qui est autour de vous, je vois que vous nous servez et que vous essuyez nos pieds. Mais ce n'était point là affaire au corps, mais à l'esprit. Le Sauveur les bras nus verse l'eau spirituelle dans le bassin et lave les pieds de ses disciples, afin qu'ils montent vers celui qui a dit : « Je suis la voie, » *Joan.* XIV, 9, lorsqu'ils seront purs, et non plus couverts de cette poussière qu'il ordonnait de secouer sur les ingrats qui rejettent la paix et ne sont pas dignes de la parole de Dieu. Telle était bien la signification de son action, et de là sa réponse : « Vous ne savez pas maintenant ce que je fais, mais vous le connaîtrez plus tard. » Et voici l'explication qu'il en donne bientôt : « Vous m'appelez votre maître et votre Seigneur, et vous avez raison, car je le suis. Si donc je vous ai lavé les pieds, moi qui suis votre Seigneur et votre maître, vous devez aussi vous les laver les uns aux autres. » Enseigne-t-il donc que l'évêque, après avoir versé de l'eau dans le bassin et quitté ses vêtements, et après avoir serré un linge autour de lui, doit laver mes pieds que je lui présente? car il dit bien : Vous devez vous laver les pieds les uns aux autres. Si c'est là le commandement qu'il donne, aucun de vous ne l'observera. Il n'y a ni diacre, ni prêtre, ni évêque qui, s'armant d'un linge, lave les pieds à quiconque se présente. Mais pour qui comprend ce qui est écrit, les évêques vraiment saints, se faisant serviteurs de l'Eglise, versent l'eau des Ecritures dans le bassin de l'âme, ce qui est conforme à l'Esprit des Ecritures, et tentent de laver les souillures des pieds de leurs disciples, de les effacer, de les en éloigner. Et s'ils gardent le commandement de l'évêque, les prêtres agissent de même à l'exemple de Jésus-Christ. Fasse le ciel que je reçoive moi-même en ce moment l'eau qui peut laver les pieds de votre âme ! afin que chacun de vous s'écrie après avoir été lavé : « J'ai lavé mes pieds, comment voudrais-je les souiller encore ? » *Cant.* III. Voilà comme parle l'épouse du Cantique des Cantiques pour montrer qu'elle a lavé, non les pieds du corps, mais les pieds qui ne trébuchent pas, dont Salomon a dit : « Votre pied ne trébuchera pas, » *Prov.* III, 23, et le Psalmiste : « Mes pieds ont été presque ébranlés. » *Psalm.* LXXIII. Une qualité requise pour être au rang des veuves dans l'Eglise, c'est d'avoir lavé les pieds des saints. I *Tim.* V, 10. Et voulez-vous n'avoir aucun doute sur la manière dont une veuve lava les pieds des saints ? écoutez Paul : « Qu'elles enseignent, dit-il, les bons principes, afin de rendre les jeunes filles pudiques et qu'elles lavent les souillures des pieds des jeunes filles. » Parmi les veuves, sont dignes d'être honorées dans l'Eglise, toutes celles qui lavent les pieds des saints, dans la parole de la doctrine spirituelle, et non pas

scies autem postea » *Joan.* XIII 17. Quid autem facis modo, dicit Petrus. Video te lavautem pedes nostros, et pelvim positam, linteo te præcinctum, et servientem nobis, et detergentem pedes nostros. Verum quia non erat hoc negotium corporale, sed spiritale. Salvator nudatus mittit spiritalem aquam in pelvim secundum Scripturas, et lavat pedes discipulorum suorum, ut cum mundi fuerint, ascendant ad dicentem : « Ego sum via, » *Joan.* XIV, 6, et non pleni pulvere, quem excutere voluit super indignos, et non suscipientes pacem, neque dignos eorum quæ dicebantur. Et quia hoc erat quod significabatur, ideo ait : « Quod ego fatio, tu nescis modo, scies autem postea. » Erat autem hoc, quod et reliquis dictum est : « Quia vocatis me magistrum et dominum, et bene dicitis. Sum etenim. Si igitur ego dominus et magister lavi pedes vestros, et vos debetis invicem lavare. » Ergo hoc dicit, ut episcopus mittens aquam in pelvim et exutus vestibus suis, et præcinctus linteo, me extendente, lavet pedes meos ? Siquidem vos, inquit, debetis invicem lavare pedes vestros. Si hoc est quod dicitur, nemo vestrum mandatum servabit. Nemo enim quibuscumque venientibus assumens linteum diaconus, vel presbyter, sive episcopus lavat pedes. Sed si intelligas ea, quæ scripta sunt, qui vere beati sunt episcopi servientes Ecclesiæ mittunt aquam de Scripturis in pelvim animæ, quod est secundum Scripturas, et tentant pedum discipulorum sordes lavere, et eluere, et projicere. Et si custodiunt episcopi mandatum imitantes Jesum, sic et presbyteri. Utinam et ego accipiam nunc aquam, quæ possit animæ vestræ pedes lavare ! ut unusquisque vestrum dicat cum fuerit lotus : « Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? » *Cant.* III. Hoc enim sponsa dicit in Canticis Canticorum, non ostendens corporis pedes lotos, sed pedes non offendentes, de quibus dicit Salomon : « Pes autem tuus non offendat; » *Prov.* III, 23; de quibus et in psalmis scriptum est : « Mei autem pene moti sunt pedes. » *Psal.* LXXIII. Verum et quæ constituuntur viduæ in Ecclesiis : « Si sanctorum, » inquit, « pedes lavit » *Tim.* V, 10. Si autem vis apertius audire, quomodo vidua lavat sanctorum pedes, audi Paulum in alio loco constituentem viduis, et dicentem : « Bene docentes, ut pudicas efficiant adolescentulas, lavantes sordes pedum juvencularum. » Et istæ viduæ dignæ sunt eccle-

des saints hommes, mais des saintes femmes; car il n'est pas permis qu'une femme enseigne un homme et lui montre les principes. Paul veut que les veuves enseignent le bien pour qu'elles portent à la chasteté, non les jeunes gens, mais les jeunes filles; il serait en effet contraire à la décence qu'une femme fût la préceptrice d'un homme, et c'est aux jeunes filles qu'elles doivent inspirer la chasteté, les jeunes filles qu'elles doivent préparer à l'amour de leurs maris et leurs enfants. Apprenons donc, nous aussi, à laver les pieds des disciples. C'est cette prophétie : « Vous regarderez pour voir et vous ne saurez point, » qui a donné lieu à ces considérations. Et en effet, si le Sauveur faisait quelque chose, ceux qui ne comprenaient pas le voyaient avec les yeux du corps, et non avec ceux de la raison, tandis que ceux qui avaient le don d'intelligence, tout en le voyant avec les yeux du corps, le voyaient aussi avec ceux de l'entendement, et la prophétie : « Vous regarderez pour voir et vous ne saurez pas, » qui s'accomplissait sur les pécheurs, ne s'accomplissait pas sur ceux qui avaient le bonheur de bien voir. Pour nous, prions que voyant les paroles de l'Evangile, nous en ayons cette double vue puisqu'elles ont eu leur réalisation selon le corps, quand notre Sauveur vint sur la terre. Car tout ce qui se faisait dans le corps était un symbole et une figure de ce qui devait arriver. Comme je ne sais plus quel aveugle de naissance recouvra la vue. *Joan.* XI. En réalité, cet aveugle-né c'était le peuple des Gentils: le Sauveur lui rendit la vue en lui frottant les yeux avec un peu de salive et en l'envoyant à Siloé, qu'on traduit par « envoyé. » C'est qu'il envoyait ceux qu'il avait oints de l'esprit afin qu'ils eussent la foi, à Siloé, c'est-à-dire aux Apôtres et aux docteurs, et c'est pour cela qu'il est écrit à Siloé, puisque ce nom se rend par « envoyé. » Et toutes les fois que nous commençons à être visités par Jésus, pour recouvrer les yeux de l'âme, il nous envoie à Siloé, c'est-à-dire à «l'envoyé. » Que donc chacun de nous, quand il lit les événements que les Evangiles rapportent, prie Dieu que cette prophétie ne s'accomplisse pas en lui : « Vous regarderez et vous verrez, mais vous ne saurez pas. » *Joan.* VII.

Mais si, comme l'estiment des esprits trop naïfs, ce qui a été fait ne l'a pas été en vue de nous, mais uniquement parce que ça eu lieu, si ce n'étaient point des exemples d'autres choses, qu'ils expliquent quel sens aurait cette phrase : « Vous regarderez et vous verrez, mais vous ne saurez pas. » Et en effet, si ce que l'on voyait n'avait pas eu quelque sens mystique, afin qu'on le vît à la fois et avec les yeux du corps et avec ceux de l'esprit, jamais Dieu n'aurait dit : « Vous regarderez et vous verrez, mais vous ne saurez pas. » Comme preuve de notre dire à cet égard,

siastico honore, quæcumque sanctorum pedes lavant sermone spiritalis doctrinæ, sanctorum vero non masculorum, sed mulierum. Docere enim mulierem non permittit neque principari viro. Vult esse mulieres bene docentes, ut castitatem suadeant non adolescentes, sed adolescentulas; indecens quippe est, ut mulier magistra viri fiat, sed ut castitatem suadeant adolescentulis, et amare viros et liberos suos. Discamus ergo lavare pedes discipulorum. Ista propter hoc dicta sunt : « Videntes videbitis et non scietis. » Quoniam si quid fiebat a Salvatore, ab his quidem qui non intelligebant, videbatur juxta corpus, non videbatur juxta rationem; ab his vero qui intelligebant, videbatur quidem juxta oculos, videbatur autem et juxta intellectum, ita ut non compleretur super beate videntes, hoc quod dictum est : « Videntes videbitis et non scietis, » sed super peccatores. Sed et cuncta Evangeliorum oremus videntes dupliciter videre, quomodo facta sint juxta corpus, quando Salvator noster venit ad terras. Etenim similitudo erat, et typus futurorum unumquodque, quod fiebat in corpore. Veluti nescio quis a nativitate cæcus visum recuperavit; *Joan.* IX; vere autem cæcus iste a nativitate erat gentilium populus, cui Salvator reddidit visum, saliva sua ungens oculos ejus, et mittens ad Siloam, quod interpretatur « missus. » Mittebat quippe eos, quos spiritu unxit ut crederent, ad Siloam, id est ad Apostolos et magistros, propter quod scriptum est de Siloa, quia interpretatur «missus. » Et quotiescumque incipimus a Jesu visitari, ut recipiamus animæ oculos, mittit nos ad Siloam, hoc est «missus. » Et unusquisque ergo nostrum, quando legit ea quæ in Evangeliis facta sunt, oret ne etiam in se compleatur : « Videntes videbitis et non scietis » *Joan.* VII.

IV. Si autem, ut existimant simpliciores, illa quæ facta sunt, non propter nos, sed propter se tantum facta sunt, et non erant exempla alterius rei, exponant quem hoc, quod dictum est : « Videntes videbitis et non scietis, » habeat sensum. Nam si non ea quæ videbantur, habebant aliquem sensum sacratum, ut cum carnalibus oculis etiam spiritaliter inspicerentur, nunquam dixisset : « Videntes videbitis, et non scietis. » Ad approbationem autem horum, et alterius scripti de Evangelio testimonium proferemus, quod juxta eos, qui

nous mettrons en avant l'exemple d'un autre trait de l'Evangile qui est un mensonge si on l'entend avec ceux qui ne suivent que la lettre. Notre Seigneur dit à ses disciples dans l'Evangile selon S. Jean : « Celui qui croit en moi, fera les œuvres que je fais et en fera encore de plus grandes. » *Joan.* XIV, 12. Recherchons donc si les disciples en firent de plus grandes? Qu'y a-t-il de plus grand que de ressusciter un mort? Qui je ne dis pas d'entre nous, mais d'entre les Apôtres ressuscita un mort? L'histoire rapporte que Paul ressuscita Eutychus d'entre les morts; et Pierre, Tabitha, nom qui veut dire chevreuil, en grec Dorcas. *Act.* IX. On trouve ces exemples et d'autres de même nature; mais où sont les œuvres plus grandes? Le Sauveur, lui, rendit la vue aux aveugles, et, ce qui est plus merveilleux, à ceux qui l'étaient de naissance. Qu'on nous montre des aveugles-nés guéris par les mains des Apôtres. *Matth.* IX. Et en cherchant bien dans les Evangiles, on y trouverait une infinité de preuves que ni les Apôtres ni les successeurs n'ont pas fait, selon la lettre, des œuvres plus grandes que celles du Sauveur ; mais voici à peu près quelle était la pensée du divin maître : Fera des œuvres plus grandes que les œuvres corporelles que je fais. Moi j'ai ressuscité des corps d'entre les morts, vous, vous ressusciterez des âmes ; moi j'ai rendu à des aveugles cette lumière qui tombe sous les sens, vous, vous donnerez la lumière de l'esprit à ceux qui ne voient pas. Et depuis lors jusqu'à maintenant, nous voyons les plus fidèles disciples de Jésus accomplir ces merveilles plus grandes que les miracles corporels faits par Jésus lui-même. N'est-il pas vrai que maintenant les aveugles voient, les boiteux marchent, les lépreux sont purifiés, et le reste? Si l'homme qui hier allait à son idole comme à un Dieu, invoque aujourd'hui le Dieu vivant, est-ce qu'il ne voit pas? Est-ce que celui qui était boiteux hier à cause du péché, instruit maintenant de la vraie voie grâce à l'enseignement des disciples, ne marche pas maintenant d'un pied assuré? Celui qui avait hier les mains stériles et mortes pour les bonnes œuvres, recouvrant aujourd'hui l'activité, ne les a-t-il pas vivantes? S'il vous arrive de voir un pécheur frappé de la lèpre en son âme se repentir tout à coup et sentir les grands aiguillons de la conscience éveillée par la doctrine, n'ayez crainte d'affirmer que la guérison de cette lèpre de l'âme est un miracle plus grand que la guérison de la lèpre du corps. Je me suis laissé entraîner à ces longs développements, dans mon désir de bien montrer ce qu'il y a dans cette parole : « Vous regarderez et vous verrez, mais vous ne comprendrez pas. »

Et pour quelle cause celui qui écoute ne comprend-il pas et celui qui regarde ne voit-il point? C'est que « le cœur de ce peuple s'est appesanti

tantum litteram sequuntur, mendacium est. Dicit Salvator et Dominus noster ad discipulos in Evangelio secundum Joannem : « Si credideritis, non solum quæ ego facio, facietis, sed et majora horum facietis. » *Joan.* XIV, 12. Videamus ergo si majora aliqua fecerint discipuli? Quid majus est quam mortuum suscitare? Quis non dico nostrum, sed Apostolorum mortuum suscitavit? Refert historia quia Paulus Eutychum resuscitaverit a mortuis; et Petrus Tabitham, quæ interpretatur « Dorcas. » *Act.* IX. Ista autem et alia istiusmodi inveniri possunt; ubi sunt majora? Sed et cæcos Salvator fecit rursum videre, et quod majus est, eos, qui sic nati fuerunt. Exhibeant hi quos cæcos ab utero manibus Apostolorum curatos aspexerint. *Matth.* IX. Et alia infinita potest de Evangeliis invenire, qui quærit, quia neque Apostoli his majora fecerint, neque eorum successores. Verum sermo Scripturæ tale quiddam locutus est : His, quæ ego feci corporalibus, vos majora facietis. Ego feci resurgere ex mortuis corporaliter, vos resurgere facitis ex mortuis spiritaliter. Ego cæcis sensibile hoc lumen infudi, vos spiritalem lucem non videntibus dabitis. Usque ad hanc autem diem hæc majora signa a corporalibus, quæ fecit Jesus, ego video fieri per fidelissimos discipulos Jesu. An non cæci nunc vident? et claudi ambulant, et leprosi mundantur? et reliqua fiunt? Si is, qui heri obcæcatus est accedens ad idolum, quasi ad Deum, hodie invocet Deum vivum pristina derelinquens, nonne videt? An non qui heri claudus erat propter peccatum, nunc propter discipulorum doctrinam iter verum edoctus stabili graditur pede? Qui heri aridam habebat manum et otiosam ad benefaciendum, hodie recipiens manum, habet eam viventem? Si videris aliquem pollutum et lepram in anima habentem subito pœnitere, ac doctrinæ sermone compunctum, non te pigeat dicere, quia majus sit hunc spiritaliter leprosum, quam quemdam carnaliter fuisse purgatum. Et hæc quidem largius profudit oratio cupiens ostendere quid sit hoc, quod dictum est : « Et videntes videbitis, et non intelligetis. »

V. Quæ autem causa est audientem non intelligere, et videntem non videre? « Incrassatum est, » inquit, « cor populi hujus. » *Isa.* VI, 10. Siquidem necessarium est intelligi et hoc unde sit, non eadem est corporalis et spiritalis pinguedo, neque eadem est corporalis te-

de graisse. » *Isa.* VI, 10. Il faut pour bien entendre cette raison, ne pas oublier qu'il y a un embonpoint de l'esprit tout différent de l'embonpoint du corps, une maigreur de l'esprit toute autre que celle du corps. L'embonpoint corporel se réalise dans la chair, et il ne m'est ni désavantageux que mon cœur matériel devienne gras, ni d'aucun avantage qu'un dépérissement ou quelque autre cause le fasse maigrir. Cet amaigrissement se produit, j'imagine, pour le cœur de chair de ceux que la crainte oppresse. Comme la langueur dessèche tous leurs membres, on dit qu'il y a exténuation de la graisse et de toute la matière grasse qui est autour de leur cœur. En quoi donc peut-il m'être nuisible que mon cœur de chair devienne gras; et s'il y a amaigrissement de ce même cœur, en quoi cela peut-il m'être utile? Mais le mot cœur désigne à la fois l'organe matériel de ce nom et la principale puissance de notre âme, comme cela ressort évidemment de cette parole de l'Evangile : « Bienheureux ceux qui ont le cœur pur. » *Matth.* V, 8. Et en effet, ces cœurs purs ne sont pas ceux qui contiennent moins de sang ou de toute autre matière. Ces mots : « Bienheureux ceux qui ont le cœur pur, » reviennent à ceux-ci : « Bienheureux dont la maîtresse-faculté de l'âme est pure. Cœur est le nom donné à cette maîtresse faculté. C'est donc selon l'état de cette maîtresse-faculté de notre âme, dont on place le siége dans le cœur corporel, que notre cœur est ou pur ou souillé : souillé, quand les pensées mauvaises en sortent, homicides, adultères, vols, faux témoignages, blasphèmes; pur quand ce sont les pensées saintes, les connaissances divines, les intentions bonnes. D'après cela, il faut conclure qu'amaigrissement du cœur veut dire que la sainteté de l'esprit l'allége dans celui qui fait son salut, embonpoint que le poids du péché appesantit et que ses ardeurs le suffoquent chez le méchant. L'Ecriture dit en effet que l'esprit de sainteté conforme à la sagesse est « multiplié dans ses effets, léger, mobile, » *Sap.* VII, 22, et que le juste est doué de cet esprit subtil, qui diffère de tous les esprits intellectuels, purs, subtils. Il y a donc une faculté-maîtresse du cœur qui sert de trait d'union entre l'âme et la matière, et dans laquelle fermentent les pensées corporelles, mères et filles du péché. De là l'expression : « Le cœur de ce peuple s'est appesanti de graisse. » Entendez que ce cœur s'est appesanti parce qu'il n'y a en lui que des préoccupations humaines et charnelles. Les connaissances et les pensées qui viennent du corps ont leur obésité comme le corps lui-même. Cette alternative expliquée, que les préoccupations mondaines alourdissent le cœur, tandis que les aspirations spirituelles lui donnent des ailes, puisque quiconque nourrit ses pensées des enseignements de Jésus-Christ,

nuitas et spiritalis. Etenim quod corporaliter crassum est in carne fit, et nihil mihi nocet cor carneum si incrassetur, neque prodest si a languore vel a quacumque causa attenuetur. Tale autem existimo fieri cor carneum eorum, qui formidine continentur. Quomodo enim toti tabescunt ab ægrotatione, sic aiunt et crassitudinem, et quidquid pingue est circa cor eorum, extenuari. Quid ergo mihi nocet, si corporale cor meum incrassatur; esto vero et attenuari cor meum, quid mihi ex isto prodest? Sed cor nuncupativo cum corporeo corde vocabulo animæ nostræ principale nominatur, ut manifestum est ex eo, quod in Evangelio dicitur : « Beati mundo corde. » *Matth.* V. Neque enim hi mundo corde sunt, qui sanguinem vel quodcumque materiæ corporalis intrinsecus non habent. Sed dictum est : « Beati mundo corde, » pro eo quod est : Beati, qui mundum habent principale animæ. Principale nominatur pro corde. Quoniam igitur principale animæ nostræ, quod esse dicitur in corde corporeo, sive mundum est cor nostrum sive immundum : immundum quidem quando cogitationes pessimæ egrediuntur ex eo, homicidia, adulteria, furta, falsum testimonium, blasphemiæ; mundum autem quando cogitationes sanctæ, et intellectus divini, et mens pura. Propter hoc arbitrandum est attenuatum quidem esse dictum, attenuatum a sancto spiritu ejus, qui salvatur; incrassatum autem et præfocatum a malitia ejus, qui peccat. Dicitur enim de sancto spiritu, qui est secundum sapientiam, quia sit « multifarius, tenuis, mobilis, » *Sap.* VII, 22, et quia justus accipiat hunc subtilem spiritum. Differt quippe hic spiritus ab omnibus spiritibus intellectualibus, mundis, subtilibus. Est ergo principale cordis tenue quiddam, quod ex corporalis materiæ vitio concretum est, plenum cogitationibus corporalibus, quæ sunt in reprehensione. Sic dicitur : « Incrassatum est cor populi hujus. » Intellige ex eo incrassatum esse cor, quia nihil sit in eo præter humanas et carnales sollicitudines. Quomodo enim materia corporis pinguis est, eodem modo etiam corporei intellectus et cogitationes. Ex quo cum duo posita sint, incrassari cor ex sæcularibus curis et attenuari ex sollicitudine spiritali, cum quis cogitat ea quæ Domini sunt, projiciens pinguedinem ex corde, et sciens quia si incrassatum fuerit cor ejus, neque acci-

dépouille son cœur de la graisse du péché et sait que si son cœur venait à s'appesantir, il ne saurait ni entendre la parole de Dieu ni voir les mystères du salut, nous aussi, débarrassons-nous de cette obésité du cœur, et réalisions en lui cet amaigrissement qui nous permettra de nous écrier avec le Roi-Prophète : « Mon âme brûle d'une soif ardente pour vous, Seigneur, et en combien de manières ma chair se sent-elle aussi pressée de cette ardeur ! Dans cette terre déserte où je me trouve et où il n'y a ni chemin ni eau, je me suis présenté devant vous comme un saint, » *Psalm.* LXIII, 1, 2, non que je sois saint par nature, mais si la sagesse macère ma chair et que la sagesse de la chair maigrisse en moi, je me présenterai devant vous comme un saint. Voilà l'explication de cette parole : « Le cœur de ce peuple s'est appesanti.

manufactis ejus, ita faciam Jerusalem et idolis ejus. Comminatur quæcumque fecit Samaritanis, et his, qui de Ecclesia sunt. « Cum autem consummaverit Deus omnia faciens in monte Sion et in Jerusalem, inducet super sensum magnum principem Assyriorum et super altitudinem gloriæ oculorum ejus. » *Isa.* x. Docemur quid futurum sit inimico nostro et Zabulo, *Gen.* III. quem sensum quemdam magnum nunc Propheta nuncupavit. Quomodo enim serpens sapientior erat omnibus bestiis quæ sunt super terram, et filii sæculi hujus sapientiores super filios lucis in generatione sua sunt, et dispensator iniquitatis sapienter fecit secundum sapientiam non bonam; eodem modo iste qui figuraliter princeps Assyriorum dicitur, magnus est sensus, et est mirari magnitudinem sensus ejus in quo abusus est ad instruendos sapientes mundi istius, qui cum omni verisimilitudine cunctaque virtute falsitatem sectarum suarum componentes exhibent. Cum ergo omnia fecerit Deus in monte Sion et in Jerusalem, et reddiderit ea quæ justis repromissa sunt, tunc inducet supra sensum magnum principem Assyriorum, et super altitudinem gloriæ oculorum ejus. Alta eum sapientem sermo novit, et exordium ruinæ ejus ab inflatione cœpisse. Unde et si inflati fuerimus, in judicium incidemus diaboli, in quo incidit ipse Zabulus.

II. Videamus autem et inflationem ejus, quanta sit, ut eam caveamus, et non permittamus eum super nos vera dicere. Quid igitur dicit? « Viribus faciam, et sapientia intellectus auferam fines gentium. » *Isa.* x, 13. Existimat fortitudine sua, quod vult in nobis se posse perficere. Et revera si vincamur et post hæc verba peccemus, si post Ecclesiam rursum in circum, et ad equorum cursus, et ad conventus gentilium eamus, quid aliud fit, quam superatos nos possidet? Et quid dixit Zabulus : Viribus faciam? consequitur in nobis peccatoribus, quod minatus est. Sed et si fornicemur post castitatem longi temporis, post sanctimoniam multam, quid aliud fit, quam vera locutus probatur super nos, qui dixit : « Viribus faciam? » Quid autem et aliud repromittat iste magniloquax, intueamur : « Et sapientia intellectus auferam fines gentium. » Sapientiam nescio quam pollicetur, de qua et Propheta loquitur : « Alienigena quædam sapientia est in eis : »

nous la vérité de ces paroles du diable : « Je fais par mes propres forces? » Considérons encore les autres prétentions de cet outrecuidant : « C'est ma seule sagesse qui m'a éclairé pour enlever les anciennes bornes des peuples. » Je ne veux pas connaître cette sagesse dont il se targue et dont un Prophète a dit : « Il y a en eux une sorte de sagesse étrangère à la sagesse. » *Jerem.* VIII, 9. Il y a en effet une sagesse qui est étrangère à la vérité et que Dieu perdra. Parce qu'il la possède, Satan se croit sage et il dit : « Grâce à ma seule sagesse j'enlèverai les anciennes bornes des peuples et je me nourrirai de leurs forces. » Et en effet son œuvre s'étend à toutes les nations; mais le Sauveur, répandant sa parole dans le monde entier, délivre ceux que Satan retenait prisonniers. « Et je me nourrirai de leurs forces. » Il nous menace de faire de nos forces sa proie et de nous livrer à nos ennemis. Et réellement on le voit accomplir cette œuvre sur certaines âmes. Lorsqu'en effet une âme est vaincue par Satan et qu'elle est livrée aux démons, esprits du mal, et aux vertus ennemies, est-ce autre chose que la réalisation de cette parole : « Et je me rassasierai de leurs forces? » En dévorant nos forces, il nous dévore nous-mêmes. « Et j'ébranlerai les villes pleines d'habitants. » *Isa.* X, 14. C'est encore une menace de Béelzébub; il voit les villes se remplir d'habitants, les Eglises de Dieu qui s'édifient en Notre Seigneur Jésus-Christ, et il se vante qu'il les ébranlera. Il les a en effet fréquemment frappées de persécutions, ces villes habitées, bien souvent battues en brèche par les scandales. Mais nous, ne négligeons aucun effort, puisque nous avons notre fondement sur la pierre, afin que celui qui a dit : « J'ébranlerai les villes pleines d'habitants, » nous trouve inébranlables devant l'assaut de ses tempêtes et des esprits ennemis. Quoi qu'il arrive, persévérons fermement comme on le doit quand on a son fondement sur le rocher de Jésus-Christ, à qui appartiennent gloire et commandement dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

HOMÉLIE IX.

Au sujet de ce qui est écrit : « Et j'entendis la voix du Seigneur disant : Qui enverrai-je et qui ira vers ce peuple? » Et passant sur quelques traits, on arrive à ces paroles : « Demandez au Seigneur votre Dieu qu'il vous fasse voir un prodige, ou du fond de la terre, ou du plus haut du ciel. » *Isa.* VI, 8 et VII, 11.

« Et j'entendis la voix du Seigneur disant : Qui enverrai-je, et qui ira vers ce peuple? et je dis : Me voici, envoyez-moi. Et il me dit : Allez,

Jerem. VIII, 9. Est enim aliqua extranea a veritate sapientia, quam disperdet Deus. Hanc iste habens existimat se esse sapientem, et dicit : « Sapientia intellectus auferam fines gentium et vires eorum depascar. » Pervenit enim ad omnes gentes operatio ejus; sed Salvator in omnes gentes mittens sermones suos, eruit eos, qui a Zabulo in cunctis gentibus captivi tenebantur. « Et vires eorum depascar. » Minatur se vires nostras prædatum iri, et tradere adversus nos militantibus. Et revera est videre eum quibusdam hoc facientem. Quando enim quis vincitur a Zabulo, et traditur dæmonibus spiritibus pessimis, virtutibus contrariis, quid aliud factum est, quam is dixerat : « Et vires eorum depascar? » Accipiens nostras vires, depastus est nos. « Et commovebo civitates, quæ inhabitantur. » *Isa.* X, 14. Et hoc Zabulus comminatur; inhabitari cernit civitates, Ecclesias Dei in Christo Domino constructas, has commoturum esse se personat. Et frequenter quidem concussit civitates inhabitatas persecutionibus, frequenter concussit scandalis. Sed nos tentemus fundamentum habentes super petram tales fieri, ut iste qui dicit : « Commovebo civitates, quæ inhabitantur, » nos movere non valeat per procellas suas, neque per spiritus adversos. Verum ad omnia quæ acciderint, stabiles perseveremus, utpote habentes ædificium super petram Jesum Christum, cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA NONA.

De eo quod scriptum est : « Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam, et quis ibit ad populum istum? » et transgrediens modica, pervenit usque ad locum in quo scribitur : « Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum, aut in excelsum. » *Isa.* VI, 8 *et* VII, 11.

« Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam, et quis ibit ad populum istum? Et dixi : Ecce ego sum,

et dites à ce peuple : Votre oreille entendra et vous ne comprendrez point, » etc. Au sujet de ce passage du Prophète Isaïe que nous venons de lire, prions Dieu afin qu'il nous accorde la grâce et la force de trouver des explications dignes de cette inspiration prophétique. « J'entendis la voix du Seigneur disant : Qui enverrai-je ? » Après que ses lèvres ont été purifiées, le Prophète est prêt et il accepte d'être le ministre du Seigneur : « Me voici, » répond-il, « envoyez-moi. » Mais pour être plus dispos à cette mission, il s'était souvenu du langage de Moïse. *Exod.* IV. Moïse, grâce à la même réponse : « Envoyez-moi, » devint chef du peuple et juge, et fut appelé serviteur de Dieu. J'ai entendu un hébreu prétendre sur ce passage, que le Prophète n'accepta volontiers et sans hésitation cette mission de parler au peuple, que parce qu'il ignorait ce qu'il aurait à dire. Quand il eut reçu l'ordre d'annoncer au peuple ces tristes choses : « Votre oreille entendra et vous ne comprendrez point, » etc., plus tard il devint plus circonspect, et la voix de Dieu lui disant : « Criez, » il répondit : « Que crierai-je? » *Isa.* XL, 6. Pour moi je crois que notre texte prophétique vise le Sauveur et prédit que les Juifs devaient en l'entendant ne pas l'entendre et en le voyant ne pas le voir. Ce langage n'aura plus de voiles pour nous, si nous le méditons quelque peu. « Vous regarderez, vous verrez et vous ne discernerez pas ; » voici le sens. Les Juifs virent certainement que les aveugles voyaient, mais ils ignoraient le sens de ce recouvrement de la vue. Ils entendirent les paraboles que le Sauveur expliquait en secret à ses disciples, et ils n'entendirent pas en ce sens qu'ils ne comprenaient pas ce qui se disait, et c'est ce que prouve cette parole de notre Seigneur : « Que celui qui a des oreilles pour entendre entende. » Ils n'étaient pas en effet dépourvus des oreilles du corps qui entendent, mais les oreilles de l'âme étaient en eux frappées de surdité. Voilà pourquoi Dieu leur adresse cette prédiction par la voix du Prophète : « Votre oreille entendra et vous ne comprendrez point ; vous regarderez, vous verrez et vous ne discernerez pas. Car la graisse alourdit le cœur de ce peuple. » Que signifient ces paroles : « La graisse alourdit le cœur de ce peuple, » recherchons-le. Le cœur de tous ceux qui s'agitent dans les soucis de la vie présente, est alourdi ; le cœur des mondains s'enfle comme si des épines le criblaient de piqûres. Leur cœur semble donc s'engraisser et les connaissances subtiles de l'esprit n'y peuvent pénétrer. Fuyons donc de telles préoccupations, afin que notre cœur n'en reçoive pas d'enflure et soit agréable à Dieu. Fuyons les sollicitudes terrestres ; ce sont elles qui alourdissent le cœur. La parole est ailée et il n'y a, nous dit l'Exode, que les cœurs qui ont sa légèreté qui verront Dieu. Car Dieu n'est vi-

mitte me. Et ait : vade, et dic populo huic : Aure audietis et non intelligetis, » et reliqua. De eo qui nunc lectus est Isaiæ Prophetæ sermone, oremus Deum, ut nobis gratiam largiatur, ut digna prophetico spiritu valeamus exponere. Et audivi, » inquit, « vocem Domini dicentis : Quem mittam ? » Postquam purgatus est labiis Propheta, paratus suscepit ministerium Domini, et dicit : « Ego sum, mitte me. » Sed ut paratior esset ad hoc, meminerat vocis Mosei. *Exod.* IV. Nam et ille eadem utens voce : « Mitte me, » princeps populi judexque factus, et famulus Dei nuncupatus est. Audivi autem quemdam Hebræum exponentem hunc locum, atque dicentem, quia libenter quidem Prophetes et paratus prophetiam suscepit ad populum, ignorans quæ essent ei dicenda. Porro audiens tristia, quæ essent populo nuntianda, hoc est : « Aure audietis, et non intelligetis, » etc. in sequentibus pigrior fit ; dicente ei voce Dei : « Clama, » respondit ei, et dicit : « Quid clamabo ? » *Isa.* XL, 6. Arbitror autem hæc prophetari de Salvatore, quia futurum erat, ut audientes non audirent, et videntes non viderent. Manifestius porro fiet quod dicitur, si consideremus paululum locum istum. « Cernentes aspicietis et non videbitis, » istiusmodi est. Videbant quidem videre tunc cæcos respicientes, rationem autem visionis ignorabant. Audiebant parabolas, quas dissolvebat secreto discipulis Salvator ; ipsi vero non audiebant, nescientes quæ dicebantur, propter hoc testificans eos dixit : « Qui habet aures audiendi audiat. » Nec enim privati erant his auribus, ut non audirent ; sed interiores eorum aures gravatæ erant ad audiendum. Propter hoc prædicat eis, et per Prophetam futura præfatur dicens : « Aure audietis et non intelligetis, et cernentes aspicietis et non videbitis. Incrassatum est enim cor populi hujus. » Quid sit hoc quod dicitur : « Incrassatum est enim cor populi hujus, » inspiciamus. Omnibus, qui in præsentis vitæ curis versantur, cor incrassatum est ; haud aliter eis qui in sæcularibus morantur incrassatum est cor, quam si a spinis enecentur. Idcirco pinguescit cor, et non potest tenuioris spiritus suscipere notiones. Fugiamus ergo a talibus curis, ut attenuatum cor nostrum Deo acceptabile fiat. Fugiamus terrena negotia. Ista sunt enim, quibus cor incrassatur. Propter hoc sermo subtilis erat, ut in Exodo scribitur de eo, quod ait : Quicumque fue-

sible qu'aux yeux d'un cœur dégagé des soins du monde. L'Ecriture signale trois empêchements. « Le cœur de ce peuple est alourdi, ses oreilles se sont appesanties, et ils ont fermé les yeux. » On peut encore entendre et expliquer ce passage d'une autre façon. Bien des hommes pensent qu'ils voient les créatures de ce monde parce qu'ils les aperçoivent. Que dis-je, des hommes? Les oiseaux aussi et les quadrupèdes aperçoivent le soleil, la lune, les cieux avec leur armée d'étoiles; mais la raison de tout cela, qui la comprend? Les justes seuls et les saints voient en vérité toutes ces merveilles avec les yeux de la sagesse qui vient de Dieu et qui les leur fait comprendre. De là ce que dit David dans le huitième psaume : « Je considérerai vos cieux qui sont les ouvrages de vos doigts, et la lune et les étoiles dont vous avez posé les fondements. » *Psalm.* VIII, 4. Eh quoi! le Roi-Prophète ne voyait-il pas alors le ciel et la lune? méditons ce mot « je verrai, » et nous le pourrons comprendre. . . . .

. . . .

« Ils sont retournés aux iniquités? » De qui? L'Ecriture ne dit pas simplement « de leurs pères, » mais, « de leurs premiers pères. » Ces paroles, nous l'avons dit, s'adressent à nous et à ceux d'entre nous qui sont pécheurs. Comment donc ceux d'entre nous qui sont pécheurs sont-ils retournés aux iniquités des pères, et de leurs premiers pères. Nous avons des pères de deux sortes, et l'une est celle des mauvais. Ainsi, avant que nous eussions embrassé la foi, le diable était notre père, comme le prouve cette parole de l'Evangile : « Vous êtes nés du démon comme père. » Mais par la foi nous sommes devenus enfants de Dieu. Maintenant, si nous péchons, nous retournons aux iniquités de nos pères et de nos premiers pères. Comme preuve de cette vérité que nous avons deux sortes de pères, invoquons aussi le témoignage de David dans le psaume quarante-quatre : « Ecoutez, ma fille, ouvrez les yeux et ayez l'oreille attentive, et oubliez votre peuple et la maison de votre père. » *Psalm.* XLIV, 11. Or, il est le père aussi, celui qui dit: « Ecoutez, ma fille. » Nous avons donc deux sortes de pères, et celui-ci dit : Oubliez la maison du père que vous aviez avant moi. Par conséquent, si, après avoir oublié la maison de votre père d'autrefois, vous retournez aux péchés, vous tombez dans la faute dont il s'agit ici : « Ils sont

rint propter tenuitatem cordis ejusmodi, isti Deum videbunt. *Exod.* XXIV. Talibus enim oculis Deus videtur. Tria sunt quæ dicuntur. « Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt. » Possunt autem et aliter manifestius intelligi, quæ hoc dicuntur in loco. Multi enim hominum putant inspicientes creaturas, et mundum istum contemplantes, videre se ea. Et quid dico hominum? Ecce volucres et quadrupedia vident solem et lunam, et universum simul cœlum cum stellarum choro; sed rationes eorum non intelligunt. Soli vero justi et sancti per sapientiæ Dei rationem comprehendentes inspiciunt ea. Ideo in octavo psalmo David dicit : « Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, lunam et stellas, quæ tu fundasti. » *Psalm.* VIII. 4. Quid enim nunc Propheta non videt cœlum et lunam? Sed hoc quod ait « videbo, » si consideremus, poterimus intelligere. . . . .

. . . .

« Conversi sunt ad iniquitates. » (*a*) Quorum? Non ait simpliciter, « patrum, » sed cum additamento, « patrum suorum priorum. » Diximus hæc de nobis dici, et his qui in nobis sunt peccatores. Quomodo igitur qui inter nos sunt peccatores, conversi sunt ad iniquitates patrum, et patrum suorum priorum? Duplices habemus patres, et una species est pessimorum patrum. Siquidem antequam crederemus, diabolus pater noster fuit, ut sermo Evangelicus ostendit, dicens. « Vos de patre zabulo nati estis. » Cum autem credidimus, facti sumus filii Dei. Si ergo post hæc peccaverimus, convertimur ad iniquitates patrum, non simpliciter, sed patrum priorum. Ad probationem autem hujus rei, quia duplices habemus patres, utimur et David testimonio, in quadragesino quarto psalmo ita dicentis : « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui. » *Psal.* XLIV, 11. Quasi pater quippe cœpit : « Audi, filia. » Ergo duplices nostri patres sunt. Sed obliviscere, inquit, domum patris tui prioris. Si igitur oblitus domum patris tui prioris rursus fueris ad peccata conversus, incidisti in id quod nunc dicitur peccatum : « Conversi sunt ad iniquitates patrum suorum priorum. » Dicebamus dudum zabulum

(*a*) Cætera desiderantur, mutila quippe est in libris omnibus cum editis tum manu exaratis nona isthæc in Isaiam homilia cujus postremæ parti supplendæ detracta temere est olim postrema pars homiliæ itidem nonæ in Jeremiam ex genuina Hieronymi interpretatione ab his verbis; « Conversi sunt ad iniquitates patrum meorum. » Quæ tametsi nullum, ut vides, vel ad propositum Isaiæ textum, vel ad superiorem expositionem respectum habeant, cum jamdiu error isto inoleverit, nec supersit pars ejus homiliæ propria, et nos subnectimus ad exemplar Genebrardi, spatio tantum aliquo ad legentis eruditionem interposito. (*Edit. Mign.*).

retournés aux iniquités de leurs premiers pères. » Nous disions tout à l'heure que le diable avait été notre père, avant que Dieu le devînt, et pourvu toutefois que le diable ne le soit pas redevenu; l'Epître de saint Jean nous fournit une nouvelle preuve de notre assertion : « Quiconque commet le péché, est né du démon. » Autant de fois nous péchons, autant de fois nous naissons du diable. Malheureux celui qui reçoit sans cesse la naissance du diable, et bienheureux celui qui renaît sans cesse de Dieu ! car ce n'est pas une seule fois que le juste est né de Dieu, mais il naît à tout instant de Dieu chaque fois qu'il fait œuvre de vertu. Une preuve plus convaincante encore, c'est la nativité quotidienne du Sauveur, ce qui se passe pour lui ayant évidemment lieu pour les justes ses frères d'adoption. Notre Sauveur est la splendeur de la gloire. Or la splendeur ne naît pas une fois pour toutes, pour cesser ensuite de naître : toutes les fois que paraît la lumière, d'où sort la splendeur, la splendeur de la gloire paraît aussi chaque fois. Notre Sauveur est la sagesse de Dieu. Or la sagesse est la splendeur de la lumière éternelle. Le Sauveur naît donc sans cesse, et de là ce qu'il dit : « Avant toutes les collines il m'engendre, » et, non pas, comme le veulent quelques-uns qui lisent mal, « il m'a engendré. » Puisque notre Seigneur naît sans cesse du Père, vous aussi, qui avez, à cause de votre ressemblance avec lui, le contrat si grand de l'adoption, vous naissez sans cesse de Dieu par chacune de vos pensées, par chacune de vos œuvres, et vous êtes fait enfant de Dieu en Jésus-Christ, à qui appartiennent gloire et commandement dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

patrem nostrum fuisse, antequam Deus factus sit pater, si tamen nunc non habemus etiam zabulum patrem; quod etiam de Joannis Epistola approbamus, in qua ita scribitur : « Omnis qui peccatum facit, ex zabulo natus est. » Toties ex zabulo nascimur, quoties peccamus. Infelix iste qui semper generatur a zabulo. Rursumque multum beatus qui semper ex Deo nascitur. Neque enim semel dicam, justum ex Deo natum, sed per singula virtutis opera semper justus nascitur ex Deo. Hoc autem ut plenius possit probari, etiam de Salvatoris nostri quotidiana nativitate dicamus, liquido id in justis obtinentes quod in Domino præcesserit. Salvator noster splendor est gloriæ, splendor autem non semel nascitur, et deinceps desinit nasci : quotiescumque ortum fuerit lumen, ex quo splendor oritur, toties oritur et splendor gloriæ. Salvator noster sapientia est Dei. Sapientia vero splendor est lucis æternæ. Sic igitur Salvator semper nascitur, et idcirco dicit : « Ante omnes colles generat me, » non ut quidam male legunt, «generavit. » Si semper ex Patre nascitur Dominus, etiam tu in similitudinem ejus tantum adoptionis scriptus habens, semper generaris a Deo per singulos intellectus, per singula opera, et efficeris filius Dei in Christo Jesu, cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

PETIT APPENDICE.

NOTES

TRÈS-SUCCINCTES

SUR QUELQUES CHAPITRES D'ISAÏE

TIRÉES D'UN MANUSCRIT DE VÉRONE.

Les douze Prophètes ne forment qu'un même livre; et ce que les médecins ont coutume de faire pour les maladies et les blessures du corps, les Prophètes, comme des médecins spirituels, l'ont fait pour les blessures de l'âme et les différents péchés. Les douze Prophètes décrivent dans toutes les phases de sa maladie jusqu'à la mort l'âme qui ne veut pas être guérie de la perversité, et ils racontent comment elle est guérie ensuite, après sa mort, par Jésus-Christ qui est le vrai médecin. Ce que font les douze Prophètes partiellement et en en donnant toutefois une rapide vue d'ensemble, les grands Prophètes le font avec les plus grands détails. Quant à Esdras qui veut dire « auxiliaire, » à Zorobabel, qui signifie « celui-là prince dans Babylone, » et à Josué, qui a le même sens que notre mot « Sauveur, » ils ont été des figures avant-courrières de notre Seigneur; ils furent envoyés pour guérir ce que les autres Prophètes n'avaient pu guérir par les remèdes de leurs livres et pour ramener le peuple après la captivité.

« Vision d'Isaïe. » *Isa.* I. Vision est dit parce que les Prophètes connaissent l'avenir et voient avec les yeux de l'esprit l'avénement du Sauveur; de là vient le nom de « voyants » donné aux Prophètes chez les anciens. « Fils d'Amos. » La plupart croient qu'Amos, qui est le troisième des douze Prophètes, fut le père d'Isaïe, mais ils se trompent grandement, puisque les deux

APPENDICULA.

IN ISAIAM PARVULA [a] ABREVIATO

DE CAPITULIS PAUCIS

Ex Veronensi ms. nunc primum edita.

Unus liber est duodecim Prophetarum; et quod solent facere Medici in ægrotationibus et vulneratis secundum corpus, hoc Prophetæ quasi spiritales medici. in animæ vulneribus diversisque peccatis facere consuerunt. Duodecim Prophetis quasi ægrotans, qui vitio suo curari noluerit, ad mortem usque describitur; et postea per Christum, qui verus est medicus, sanatus post mortem esse narratur. Quod ergo duodecim Prophetæ per partes faciunt et nihilominus ipsi breviter subindicant, eumdem ordinem continentes, hoc latissime Majores Prophetæ facere consueverunt. Ezras autem, qui interpretatur « adjutor, » et Zorobabel, qui interpretatur « iste princeps in Babylone, » et Jesus, qui in lingua nostra sonat « Salvator, » in figura præcesserunt Domini; ut quod cæteri Prophetæ medicinalibus suis libris curare non potuerunt, isti curaverint, et reduxerint populum post captivitatem.

« Visio Isaiæ. » *Isa.* I. Propterea visio dicitur, quia Prophetæ futura cognoscunt, et spiritualibus oculis Salvatoris intuentur adventum; unde et « Videntes » apud antiquos vocabantur Prophetæ. « Filii Amos. » Plerique putant Amos, qui tertius est de duodecim Prophetis, patrem esse Isaiæ, sed vehementer errant,

(a) Ita in Veronensis Bibliothecæ codice vetustissimo inscribitur : qui num. 24 ex nigro colore (sunt enim alii ex rubro) prænotatur. Vide quæ de hujus auctore opusculi diximus in hujusce tomi præfatione. (*Edit. Mign.*)

Amos s'écrivent chez les Hébreux par des lettres différentes, l'un par *Sadé* et l'autre par *Sin*. « Qu'il vit au sujet de Juda et de Jérusalem. » Isaïe est spécialement envoyé aux deux tribus, Juda et Benjamin; et à Jérusalem, à la cité métropole des deux tribus. « Aux jours d'Ozias, Joathan, Achaz, Ezéchias, rois de Juda. » Sa prophétie s'est donc étendue sous tous ces princes qui régnèrent en Juda; nous trouverons d'ailleurs dans son livre sous quel roi chaque vision a été dite. Voilà pour l'histoire. Pour la tropologie, il faut comprendre que tout ce qui s'adresse à Samarie et aux tribus est dit contre les hérésies, et que tout ce qui est contre Jérusalem est dit contre l'Eglise. C'est une première manière d'entendre au figuré; il y en a une autre: l'âme qui s'égare et tombe des sommets de la justice dans l'assujettissement aux vices est appelée Ephraïm, d'autres fois Samarie, parce qu'elle est représentée comme s'étant construit des veaux d'or et rattachée aux dix tribus. Quiconque persévère encore dans le plan de l'Eglise et ne s'est pas ouvertement précipité dans la déraison en niant la vérité de ce qu'elle dit, et qui néanmoins est assujetti aux vices, est repris par le Prophète sous le nom de Juda, en ce qu'en lui est la vraie « confession » de Dieu, et de Jérusalem, parce qu'il paraît avoir la « paix, » pour qu'il se sépare de ses crimes cachés, de peur que la captivité ne vienne aussi pour lui. « Cieux, écoutez, et vous, terre, prêtez l'oreille, parce que le Seigneur a parlé. » Isaïe parle ainsi parce qu'il fut écrit dans le Cantique du Deutéronome, au temps où Moïse répandait la parole comme une nuée du Seigneur : « Ciel, soyez attentif et je parlerai, et que la terre entende les paroles qui sortent de ma bouche ; qu'elle attende mon discours comme la pluie et que mes paroles descendent comme la rosée, » et parce que la loi de Dieu avait été donnée en présence de ces deux témoins, le ciel et la terre, c'est-à-dire, de toutes les créatures que renferment le ciel et la terre; la partie en effet est prise pour le tout par synecdoche, qui consiste en ses parties parce que toutes y sont contenues, comme nous l'avons dit. « Ciel et terre: » parce que le peuple a violé la loi de Dieu, le prophète fait appel aux mêmes témoins devant qui elle a été donnée, afin que, puisque le peuple n'a pas voulu écouter, toutes les créatures entendent. « Cieux, écoutez, et vous terre, prêtez l'oreille. » Selon la lettre, cela revient à dire : Puisque le genre humain m'a méprisé, et qu'entre toutes les créatures et les éléments que que j'ai faits il n'y a de rebelle que l'homme, qui entre en lutte avec ma volonté, à cause de cela, que les créatures mêmes qu'on croit sans raison écoutent, afin que celles qui sont raisonnables soient condamnées à *fortiori*. « Parce que le Seigneur a dit : J'ai nourri des

diversis quippe apud Hebræos scribuntur litteris: alius per «sade,» alius per «sin. » Quam vidit super Judam et Jerusalem. » Specialiter Isaias ad duas tribus mittitur, Judam et Benjamin « et Jerusalem, » hoc est, ad metropolim duarum tribuum civitatem. « In diebus Osiæ, Joatham, Achaz, Ezechiæ, Regum Juda. » Sub istis ergo omnibus, qui regnaverunt in Juda, prophetia ejus extensa est; etiam in ipso libro reperiemus, quæ visio sub quo dicta sit rege. Hoc secundum Historiam; secundum tropologiam autem intelligendum, quodcumque ad Samariam et ad decem tribus dicitur, hoc dici contra hæreses; quodcumque vero contra Jerusalem, hoc dici contra Ecclesiam. Prima intelligentia tropologiæ ista est : secunda alia anima quæ erraverit et de justitia corruens vitiis subjacuerit, dicitur Ephraim, dicitur Samaria; nam dicitur vaccas sibi aureas construxisse et refertur ad decem tribus. Quicumque adhuc in proposito perseverat et non in apertam prorupit insaniam, negans esse quod dicitur, et nihilominus vitiis subjacet, corripitur a Propheta quasi Judas in quo sit vera Dei « confessio, » et quasi Jerusalem, quod « pacem » quidem habere videatur, ut ab occultis criminibus se retrahat, ne etiam illi captivitas veniat. « Audite, cœli, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est. » Quoniam in Cantico Deuteronomii scriptum est, eo tempore quo Moyses, quasi nubes Domini, loquebatur : « Attende, cœlum, et loquar, et audiat terra verba ex ore meo; expectet sicut pluviam sermonem meum et descendant sicut ros verba mea ;» et legem Dei sub his testibus dederat, cœlo videlicet et terræ, hoc est omnibus creaturis quæ cœlo includuntur et terra; ex parte enim totum indicatur (synecdochicôs), quod tenetur in partibus, quia omnia includuntur, ut diximus. « Cœlum et terram, » quia legem Dei prævaricatus est populus, eosdem rursus testes vocat sub quibus data lex est, quoniam populus audire contempsit, cunctæ audiant creaturæ. « Audite, cœli, et auribus percipe, terra. » Juxta historiam quod dicit hoc est : Quoniam me genus contempsit humanum, et inter cunctas creaturas et elementa quæ feci, hoc tantummodo rebelle genus est, quod repugnat voluntati meæ; propterea etiam irrationabiles quæ putantur, audiant creaturæ, ut magis rationabiles condemnentur. « Quia Dominus locutus

enfants et je les ai élevés. » Il n'y a pas : « J'ai engendré des enfants, » comme le voudrait l'interprétation vulgaire ; il serait superflu de dire : « J'ai engendré des enfants, » puisqu'assurément tout enfant est engendré. Implicitement, par le mot « enfants, » Dieu a fait connaître qu'ils avaient été déjà engendrés. Il va ici du moins au plus, en ce que quiconque engendre nourrit. Je les ai donc engendrés et nourris ; et je ne me suis pas contenté de les avoir nourris, pour les abandonner ensuite à leur penchant à la manière des animaux et des oiseaux, et les laisser à leur travail ; mais après les avoir nourris tout petits, je les ai entourés de soins grands et adultes, et comme je leur avais donné la vie, je leur ai maintenant donné la gloire. « Mais eux m'ont méprisé. » En retour de si grands bienfaits, j'ai recueilli leur mépris. « Le bœuf connaît son possesseur, et l'âne, l'étable de son maître. » A l'homme raisonnable sont comparées les bêtes de somme et les pécores, afin que, puisqu'elles sont sensibles aux bienfaits et que leur instinct ne méconnaît pas Dieu dont les bienfaits les touchent, le genre humain seul, qui a méprisé Dieu, soit condamné. » Le bœuf connaît son possesseur, et l'âne, l'étable de son maître. « Le bœuf qui laboure, qui soumet son cou au joug, et qui donne en travail à son maître beaucoup plus qu'il reçoit en soins, connaît pourtant celui à qui il est. L'âne à son tour connaît l'étable de son maître, ses bienfaits, et il voit avec un plaisir marqué le lieu où il a coutume de recevoir, sa nourriture. « Israël n'a pas connu, » sous-entendu *moi* : « mon peuple n'a pas compris qui était son possesseur ou son maître. » Et en même temps il fait voir quelle est la force de l'exemple. Bien que le bœuf reçoive de son maître et que l'âne connaisse son étable, pourtant, par leur travail, ils donnent bien plus à leur maître qu'ils ne reçoivent de lui ; et moi qui ne puis rien recevoir des hommes, à moins que ce ne soit leur propre salut, tant je les aime ! moi qui ai tout fait pour eux sans qu'ils aient rien fait pour moi, pour prix de tous mes bienfaits, ils ne m'ont rendu que mépris. Puis donc que j'ai enduré tant d'avanies, et que j'ai perdu mon Fils que j'avais nourri, que j'avais comblé de gloire, la seule chose que je puisse faire, je la fais : je plaindrai après sa perte et sa mort l'homme que je n'ai pu guérir malade. « Malheur aux enfants scélérats ! » Ils ont changé de nom : « Malheur à la nation pécheresse, » qui fut autrefois appelée ma nation ; « au peuple chargé, » car le poids de leurs péchés les accable ; « à la race corrompue, » qui n'est plus ma race comme c'était dit ailleurs : « Toutes les nations seront bénies dans votre postérité ; » *Jen.* XXVI, 4 ; « aux enfants scélérats, » qui ne sont nullement mes enfants, car dès que nous avons commencé de pécher,

est : Filios enutrivi et exaltavi. » Non dixit : « Filios genui, » sicut in vulgari habent interpretatione ; superfluum enim dixisse : « Filios genui, » cum utique omnis filius sit genitus. Ergo in eo quod dixit « filios, » indicavit jam esse genitos. Nunc augmentum facit, quia omnis qui generat, et nutrit. Ergo ego et genui et nutrivi ; et non solum enutrisse contentus fui, ut in morem animalium et avium suæ illos relinquerem passioni et suo labori dimitterem ; sed quos parvulos enutrieram, magnos quoque et adultos, ut quibus vitam dederam, nunc darem etiam gloriam. « Ipsi autem spreverunt me. » Pro tantis beneficiis vicissitudo contemptus fuit. « Cognovit bos possessorem suum et asinus præsepe domini sui. » Rationabili homini irrationabilia jumenta et pecora comparantur, ut cum illa beneficia senserint et brutorum quoque sensus non ignoret eum, cujus beneficia sentit, solum genus humanum condemnatur quod contempsit Deum. « Cognovit bos possessorem suum et asinus præsepe domini sui. » Bos, qui laborat, qui jugo colla submittit et multum ex labore suo plus præstat domino, quam ipse a domino accipit, tamen intelligit possessorem suum. Asinus quoque præsepe domini sui intelligit, beneficia, et locum, in quo cibos accipere consuevit, libentius videt. « Israel non cognovit, » subauditur « me ; » « populus meus non intellexit, » subauditur, « nec possessorem, nec dominum ; » simulque considerat exempla quantam vim habeant. Bos licet cibos accipiat a domino, et asinus licet præsepe cognoscat, tamen multo plus labore suo præstant dominis, quam ipsi a dominis accipiant ; ego autem cum nulla beneficia hominum habeam, nisi hæc tantummodo si salventur ipsi, quos diligo, cum eis tanta præstiterim et nihil acceperim, pro omnibus beneficiis contemptum solummodo reddiderunt. Quia ergo tanta perpessus sum, et perdidi Filium, quem enutrieram, quem exaltaveram, quod possum solum facere facio : plangam perditum et mortuum quem ægrotantem sanare non potui. « Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. » Mutaverunt nomina : « Væ genti peccatrici, » quæ quondam gens mea dicta est ; « populo gravi ; » peccatis enim gravibus prægravati sunt ; « semini nequam, » non meo semini, secundum quod alibi dictum est : « Et in semine tuo benedicentur

La condition du péché nous fait perdre le nom d'enfants de Dieu. « Ils ont abandonné le Seigneur, » en tant qu'il suit chacun dans sa voie. Voici le sens à mesure : alors qu'ils avaient tout fait, commis tous les crimes, je ne les ai pas cependant abandonnés, mais j'ai attendu pour qu'ils revinssent un jour à moi; eux au contraire m'ont abandonné, quand je les attendais et que je leur montrais de la main le chemin de la pénitence, et il ne leur a pas suffi de m'avoir abandonné (voyez le flot montant des péchés), mais encore « ils ont blasphémé le saint d'Israël, ils sont retournés en arrière, » c'est-à-dire ils ont été de nouveau ce qu'ils furent jadis, avant d'être appelés de mon nom. « Sur quel péché vous frapperai-je, vous qui ajoutez désobéissance sur désobéissance ? » Le Seigneur se décide au châtiment comme un vrai médecin, afin que la santé revienne grâce aux caustiques et aux corrosifs. Cela revient à dire : J'ai multiplié les emplâtres, j'ai voulu vous guérir par des remèdes divers, et je ne trouve pas le remède efficace, puisque votre mal ne fait que croître ; non-seulement vous ne guérissez pas des vices anciens, mais pendant que je traite avec soin vos péchés passés, vous contractez de nouvelles blessures. « Sur quoi vous frapperai-je désormais ? » Paroles d'hésitation, équivalentes à ceci : En quoi vous guérirai-je ? car la plaie du Seigneur frappe pour amender, châtie pour guérir. Dieu dit : «Pourquoi frapperai-je? » quelque chose comme: Quel emplâtre vous appliquerai-je ? « Vous qui ajoutez la désobéissance à la prévarication, » lorsque avec de nouvelles fautes vous comblez la mesure des anciennes. Quant à ce que nous avons dit tout à l'heure, que les Prophètes sont des médecins spirituels qui traitent toutes sortes de maladies de l'âme, nous en avons maintenant un exemple des plus manifestes ; écoutez en effet l'Ecriture elle-même : « Toute tête est languissante et tout cœur est abattu ; depuis la plante des pieds jusqu'au haut de la tête, il n'y a rien de vain en lui ; ce n'est que blessure, contusion et plaie enflammée.» *Isa.* I, 5, 6. « Toute tête est languissante et tout cœur est abattu. » Je ne me lasse pas de donner l'avis qu'il faut, dans les Prophètes, arrêter l'examen sur chaque parole ; car une nature superficielle ne révèle pas l'utilité de cette étude aux inhabiles, parce qu'ils ne comprennent pas le sens caché. « Toute tête est languissante et tout cœur abattu. » Si quelqu'un a une santé délabrée, son corps serait-il oppressé par la plus difficile des maladies, mais qu'il ait l'âme remplie de joie, cette joie de l'âme lui est un puissant secours contre l'infirmité du corps. D'autre part, si quelqu'un a du chagrin, la douleur dans le cœur et des tribulations diverses avec un corps robuste, la force du corps vient en aide à la faiblesse de l'âme. Mais lorsque le corps est

omnes gentes filiis sceleratis ; » *Gen.* XXVI, 4 ; nequaquam meis filiis, statim enim ut peccare cœperimus cum conditione peccati et filiorum nomen amittimus. « Dereliquerunt Dominum, » quasi sequentem in singulis viis. Singuli sensus sunt : Cum omnia fecerint, cum cuncta scelera perpetraverint, tamen ego non dimisi eos, sed exspectavi, ut aliquando ad me reverterentur ; illi autem stantem me et pandentem manus ad pœnitentiam eorum, dereliquerunt, et non eis sufficit, quod dereliquerunt (vidète auxesin peccatorum), sed etiam « blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum, » id est, hoc cœperunt esse, quod ante fuerant, antequam meo nomine censerentur. « Super quo percutiam vos ultra addentes prævaricationem ? » Pœna ad hoc infertur a Domino, quasi a vero medico, ut per cauteria et mordacem pulverem sanitas subsequatur. Ergo quod dicit hoc est : Multa emplastra apposui, diversis medicaminibus curare vos volui, non invenio genus remedii, cum vestra quotidie ægritudo succrescat : non solum, inquit, non sanamini a prioribus vitiis, sed et mea cura revolvente priora peccata, nova apponitis vulnera. « Super quo percutiam vos ultra ? » quasi dubitantis verba sunt ; hoc est : In quo vos sanem ? quia enim plaga Domini ad hoc percutit ut emendet, ad hoc castigat ut sanet. Dicit : « Super quo percutiam ? » hoc est quasi : Quod vobis imponam emplastrum ? « addentes prævaricationem ; » cum quotidie novis peccatis vetera copuletis Illud autem, quod paulo ante diximus, Prophetas esse medicos spiritales, et quasi totum genus curare morborum, nunc manifestissimo cernitur exemplo ; videte enim Scriptura quid dicat : « Omne caput languidum, et omne cor mœrens ; a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas ; vulnus, et livor, et plaga tumens.» *Isa.* I, 5, 6. Omne caput languidum, et omne cor mœrens. » Frequenter admoneo, ut in Prophetis verba singula consideremus ; idcirco enim secundum historiam imperitis utilitas non videtur, quia non intelligunt quod dicitur : « Omne caput languidum, et omne cor mœrens. » Si quis ægrotaverit, vel difficillimo morbo corpore oppressus fuerit, habuerit autem animam lætiorem, infirmitas corporis lætitia animi sustentatur. Rursus si aliquis mœrorem habuerit, et dolorem cordis, et diversas tribulationes, robustum au-

malade et l'âme dans la douleur, il n'y a pas de remède qui tienne contre cet état. C'est ce que déclare ici la médecine. « Toute tête est languissante et tout cœur est dans le chagrin. » Remarquons en même temps que la principale puissance de l'âme, le cœur, est mise en parallèle avec la principale partie du corps, la tête. La tête est le siége de tous les sens; les autres membres retranchés, l'âme peut vivre de cette vie; la tête retranchée, c'est la vie qui est ôtée entièrement. Et l'Ecriture ne dit pas: Toute tête est coupée; car il eût été superflu alors de parler des autres parties et de décrire les maladies des autres membres, s'il avait parlé de l'amputation de la tête. Par conséquent, il dit « languissante, » pour avoir sujet de constater aussi l'état désespéré des autres membres. « De la plante des pieds, au sommet de la tête, il n'y a rien de vain en lui. » Tout Israël est malade; on ne peut même pas trouver en lui un seul juste, comme quand on ne peut trouver dans un corps un seul membre sain. Et en effet, s'il y avait quelque partie du corps qui fût vaine, elle pourrait être pour les autres une source de guérison. « Tout y est blessures, contusion livide et plaie enflammée: » blessures, les péchés récents; lividité invétérée, les crimes anciens; plaie enflammée, les ferments des vieux délits, qui engendrent comme un écoulement continuel de sanie purulente. « Plaie qui n'a point été bandée, à laquelle on n'a point appliqué de remède et qu'on n'a point adoucie avec l'huile. » Non que Dieu n'ait pas donné ces soins, car il a tout essayé, et les Prophètes auraient été envoyés sans motifs s'ils n'avaient pas fait cela; mais parce que la guérison n'en a pas été le résultat, ce qui a été tenté semble ne l'avoir pas été. Recherchons maintenant le sens figuré. « Cieux, écoutez, et vous terre, prêtez l'oreille; » c'est-à-dire, et vous qui semblez saints, et vous qui êtes pécheurs avérés, écoutez également. « J'ai nourri des enfants, je les ai comblés de gloire et ils m'ont méprisé. » Dieu, j'ai daigné adopter les hommes pour enfants, je les ai nourris, je les ai glorifiés jusqu'à les appeler mes amis quand ils sont mes serviteurs; « et en retour ils m'ont méprisé, » et cela par leurs péchés et alors qu'ils ne pouvaient assurément en rien m'accuser de dureté à leur égard. L'expression « ils ont méprisé, » est des plus justes; on ne méprise que celui dont la bonté est excessive; c'est ainsi que traitant de faiblesse ma clémence et ma mansuétude, ils m'ont méprisé, alors qu'ils auraient dû me craindre et m'aimer. Et l'Ecriture place là l'exemple du bœuf et de l'âne, dont nous avons parlé déjà. Or, dans les Ecritures, on entend toujours par les exemples de cette sorte que ceux qui se sont éloignés du Seigneur par leurs péchés sont de beaucoup pires que les brutes: et en effet

tem corpus, imbecillitatem animæ sanitas corporis sustentat. Cum autem et corpus in ægratione est et anima in dolore, nulla possunt subvenire remedia. Hoc est ergo quod medicamine dicitur: « Omne caput languidum et omne cor mœrens. » Simulque considera, quia principali animæ, hoc est cordi, corporis comparaverit principale, id est caput. In capite omnes sensus sunt; cæteris membris truncatis vivere anima potest; truncato capite, vita omnis aufertur, Et non dixit: Omne caput amputatum; superfluum enim erat cætera membra describere et morbos reliquorum artuum, si amputatum dixisset. Languidum ergo dicit, ut et in descriptione membrorum cæterorum habeat locum. « A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.» Totus ægrotat Israel; ne unus quidem vir sanctus inveniri potest quasi in corpore membrum aliquod, quod sanum esset videatur. Si enim esset in toto corpore aliquid, quod sanum esset, ex unius sanitate etiam cætera medelam trahere viderentur. « Vulnus, et livor, et plaga tumens: » vulnus peccata recentia; livor, antiqua scelera; plaga tumens incoctum et vetus delictum, quasi quodam pure parturiens. « Non est circumligata nec curata medicamine, neque fota oleo. » Non quod hæc Deus non fecerit; fecit enim omnia, et sine causa missi erant Prophetæ, si ista non fecissent; sed quia non sanitas subsecuta, quodammodo videntur non facta esse quæ facta sunt. Secundum tropologiam. « Audite, cœli, et auribus percipe terra; » hoc est, et vos qui sancti videmini, et vos qui peccatores, pariter audite. « Filios enutrivi, et exaltavi, ipsi autem me spreverunt. » Deus filios homines habere dignatus sum, enutrivi eos, et magnificavi ut de servis amicos dicerem; « ipsi autem spreverunt me; » hoc, per peccata sua, et certe cum nullam meam duritiam seuserint. Et prudenter dixit « spreverunt; » nemo spernitur, nisi cujus nimia bonitas est; ergo et clementiam et mansuetudinem meam imbecillitatem interpretantes, spreverunt quem timere et amare debuerant. Et proponit exemplum, quod supra diximus, de bove et asino. Hoc autem totum interpretatur in Scripturis de eis, qui per peccata sua a Domino recesserunt, quod multo deteriores sint brutis animalibus: illa enim non habentia tanta dominorum et possessorum beneficia, nihilominus a domino non re-

celles-ci, qui ont reçu de leurs maîtres et possesseurs des bienfaits bien moindres que l'homme n'en a reçu de Dieu, ne s'éloignent pas d'eux néanmoins. Le bœuf qui a été frappé et l'âne que son maître a maltraité oublient les coups pour ne se souvenir que des bienfaits, et quand ils voient leur maître, ils se font caressants et manifestent leur joie intime par toutes sortes de démonstrations extérieures; Israël au contraire, c'est-à-dire « l'âme qui voit Dieu, » n'a pas voulu me reconnaître etc [1].

1. Ce fragment suffit et au delà, à donner une idée de la manière du compilateur. Il n'y aurait aucun intérêt, aucune utilité à pousser plus loin cette reproduction.

cedunt ; et bos enim cum vapulaverit, et asinus cum a domino fuerit indignatus, non sentit plagas, sed beneficiorum tantummodo recordatur, et cum viderit dominum alludit et lætitiam mentis quibuscumque potest gestibus indicat ; Israel vero, hoc est anima « videns Deum, » me cognoscere noluit, etc.

FIN DU TOME QUATRIÈME.

TABLE

FIN DE LA TABLE DU TOME QUATRIÈME.

IMPRIMERIE GÉNÉRALE DE CHATILLON-SUR-SEINE, JEANNE ROBERT